Retulit Illtris Procurator, Censum ab hacce Summa emer-gentem in Bonis Przepiorow retentum; dum eadem Sum-ma in ijsdem Bonis manebat, medio Decreti Fori Nobi-lium exolutum esse — Ipsam autem Summam Capitalem de dictis bonis levatam, in defectu Hypothecæ in Deposito præfati Fori Nobilium, ~~deponitam~~ manere, cujus Sum-æ Capitalis Sociatio, quanto citius procuranda, Eidem Il-lustri Dño Procuratori commendatur.

Concernentia ex Scholasteria

Impetratus Illtris Dñus Sobczyński, ut D Nawratek Præ-fectum Camerd Osiecensis adeat, et de concernentijs hu-jus Scholasteriæ, utrum in Contractu Arendatorio Eædem Bonorum, sint ~~defalcatæ~~, edoceat. —

Annus Gratiæ de Canonicatu Procustodiæ

Retulit Illtris Procurator, Annum Gratiæ de Canonicatu Procustodiæ in Quota fp — — exolutum esse; cum hac ta-men Procustoditione, ut si quo casu, hæc exolutio a Regimi-ne Politico non acceptetur, quota præmissa rursus Sibi re-fundatur. — Et in continenti Revisio Villæ Oppoczka in Stuba Capitali Lecta, et effectuata. —

Bona Oppoczka

Retulit Illtis Canonicus Procurator, quod in Eisdem Bo-nis, defectus tam tritici, quam siliginis esset adinven-tus, ad conseminandos Agros Prædiales, proinde ut ijdem Agri omni meliori modo conseminentur, Insi-gne Capitulum 12. Corcos tritici, mutationis causa conmendos ad inseminandum necessarium esse, declara-vit

sit. Et ut reliqui Agri siligine, hordeo, avena, et ceteris ibidem excretis seminibus pro qualitate glebæ inserantur, præcommisit. Et in continenti, ut Granarium et alia necessaria ædificia juxta compactum cum Lignifabris initum, construantur, et Reparationes necessariæ fiant. Illustri Canonico Procuratori commendavit, et eundem obligavit.

Calculus Procuratoriæ

Lectis Rationibus tam Perceptarum, quam Expensarum Annualis Proventus scorsivæ in Tabella Summaria per Illos Canonicos Calculatores – Antonium Sobczynski, et Stephanum Szydłowski ad id Deputatos, exhibita; – Contesta. ta gratitudine Illtri Cnci Procuratori pro suscepto labore Eundem ad suum munus, ulterius sustinendum Insigne Capitulum imputavit. Qui de suo optime gesto officio laudatus et quietatus est. Numerandæ Summa restantis pecuniæ in Thesauro Capituli existentis per Deputatos Calculatores injuncta.

Præsentia

Pro Annum sequentem fl. 100. a suo Capitulo pro septimana designati.

Ecclesia S. Pauli extra Muros

Retulit Rndus Cancellarius Eccle S. Pauli Procuratus positus multa se expendere pro fabrica hujus Templi, et multas expensas fore necessarias pro aliis Reparationibus. Insigne Capitulum Peculium pro fabrica et reparatione Ecclesiæ expensum, erga porrigendæ Regestra suæ Procuratoriæ refundendum in Demanda vit. –

Consolationes

Morenis pro Canonicales fl. in Personatu
Patribus Reformatis et Dominicanis ut antea

Eleemosina

Pauperibus in fl. ut antea designata. ——

Capitulum Septimanale Die 16. Mensis Ja 1804. A. Praesentibus Peritti Rdmo Josepho Lisiiewicz Cancellario, Illtribus Hyacintho Kochanski, Josepho Dopiel, Gabriele Biatobrzeski, Antonio Pakulski, Antonio Grabowski, Stephano Szydlowski, Canonicis celebratum

Casa in Kamień

Retulit Illo Cneus Procurator pro conficienda altera casa in hacce Villa Materialia necessaria in fundum Sui Capituli sine scitu & consensu per subditum hujus Villae Stanislaum Mazdr' vocitatum convecta est. Insigne Capitulum necessariam in hocce Negotio Notarij conscribendam, et Inclyto Magistratui porrigendam Illi Procuratori cum annexa hacce in Causa anteriorisq Provisorij Copia, tum Documentis in quantum repetibilibus, de remissione hujus causae ad viam Juris; commendavit. ——

Capitulum Finanale Die 16. Mensis Februarij 1805. Anno Praesentibus Peritti Rdmo Josepho Lisiiewicz Cancellario, Illustribus Antonio Sobczyński, Gabriele Biatobrzeski, Antonio Grabowski Canonicis celebratum

Administratio Canonicatus Fundi Radoszycka

Insistendo Decreto Illmi Consistorij Generalis Cracoviae dedato 8. Januar: 805. ad Insigne Capitulum edito, virtute jus Electio Administratoris Fundi Canonicatus Radoszyceka, in Insigni Collegiata Sandomiriensi vacantis, post fata olim Peritti Adm. Rdi Cajetani Bonicelli illius immediati possessoris vacantia, est injuncta. Insigne Capitulum adhocce munus Administratoris praefati Canonicatus Illm Cnum Sobczynski Suae Collegiatae elegit, Ipsique ea, quae probibata Decreto Illmi Consistorij sunt praescripta adimplenda, commendavit. — Literasq Suae hujusmodi Electionis patenter extradendas decrevit. —

Capitulum Finanale Die 6. Mensis Aprilis 805. A. Praesentibus Peritti Rdmo Josepho Lisiiewicz Can.

Cancellario; Illbus Gabriele Białobrzeski, Antonio Grabowski
Canonicis celebratum
Deputatio ad prastandam Recognitionem Illmo Excel.
mo ac Rndmo Dño Moderno Episcopo Cracoviensi.
~~Quod~~, ~~A~~ puncto felicissimi Nuntij de subsecuta nominatio
ne per Augustissimam et Sacratissimam Cesaream Ma.
jestatem, Illmi, Excellmi ac Rndmi Dni Andreæ Zawrzyckiego Mo
derni Pa.
storis ad vacantem Sedem Episcopalem Cracoviensem,
Cordi ~~sui~~ fuisse Capitulo alte insedit ~~gravissimum~~ grandissimum
rum, id q accepta de hac Notitiam; et deceo quod Idem
Illmus Excellentissimus ac Rndmus Pastor Noster
desideratissimus, Vienna post sui ibidem Consecra.
tionem Episcopalem, et prævia Solenni Possessione Ecclesiæ, ac
Diœcesis Sue negotia, sit brevi ad locum Sue Sedis re.
diturus; i2uapropter Capitulum ~~suum~~, quo potuit ad presens Nu.
mero congregatum, in unum tanter de voto debita reverentiosis
~~præmonendum~~; ~~et~~ Suo Eidem Illmo Excellmo ac Rndmo
Dno Pastori ~~cum congratulatione~~ profundissimæ ~~intensissima~~ recogni.
tionis deferendæ dusit. — Ad cuius effectum, invi
tando Suum Antesignanum Rndum nempe Præpositum,
et Illm Cnum Plaszyckiski, Eosdem ~~;~~ non obstante
alterius absentia pro casu alicuius legalis impe.
dimenti ~~;~~ ut quam primum præfatus Illmus
Excellmus ac Rndmus Dnus Pastor noster ad Su.
am Sedem feliciter advenerit; Ipsi nomine Sui Ca.
pituli profundam Recognitionem, ~~ac iucundissi~~
mam Congratulationem contestanter, longævos Annos,
ac omnia in hac Sede Sua prospera vovebat, Suum q
Capitulum, Ecclesiam q hanc, primo loco semper post
Cathedralem a suis Prædecessoribus habitam, et plu.
rimum dilectam Protectioni et Cordi Sue Illme Excellen.
tiæ Pastoralis commendens, Decretum Suum præsens, cum
subscriptione ~~Secretarii~~ Rndmi Præsidentis moderni Sui
Capituli, quantocyus ad præfatos Suos Deputato dirri.
gendum, transmittendumq Conclusione Sua Capitulari
ordinavit.

Cap.

Capitulum Generale

Die 4. Junij 1805. Aº Præsentibus Illmo Joanne Cantio Lenczewski Archidiacono, Perillustri Josepho Lisiecwicz Cancellario, Itribus Hiacyntho Kochański, Antonio Sobczyński, Gabriele Białobrzeski, Antonio Pałubski, Antonio Grabowski, Stephano Szydłowski, Francisco Zaborzewski Canonicis celebratum.

Excusatio Absentium

Illmi Venceslaus Sieradowski, Præpositus varijs negotijs distentus, Josephus Olechowski Custos, Illus Paulus Olechowski et Puchet suis infirmitatibus gravati excusantur; Reliqui omnes DDi Capitulares Absentes, præsumuntur negotijs, tam Politicis, quam Ecclesiasticis occupati esse — ideo: pro talibus agniti sunt. —

Cultus Divinus

In materia Cultus Divini „primum occurrit, quod defectus Vicariorum adinveniturmagnas, Ideo injungitur Illbus Vice-Præposito et Vice-Decano ut Idem defectus cura cor quantocyttius adimpleatur.

Constructio Turricula

Retulit Illus Procurator brevi conducendam esse Laminam, posta conductionem ejusdem, ut Turricula legatur Eidem Illo: Procuratori commendatum est. —

Alveus Cameterialis, et Murus aquæ immersus

Ulteriori curæ et memoriæ Illo: Canonico Procuratori recommendatur. —

Summa 20,000 ℔ super Generalitate Judeorum

Quod non factum, fiat. —

Decima in Szewce

Placuit Insigni Capitulo, avisare per Illm Canonicum Procuratorem Secretarium Capituli Cathedralis Cracoviens, ut quærat et extradat ex Libro Beneficiorum Monasteriorum Sura Abbatiæ Hospitalensis ratione

De„

Decima Prædialis in Szewce.

Decima Fundi Mydłow

Retulit Fls Canonicus Administrator per Annos duos, nempe ad 1803. concernentias, et hisce Decimis Capo C.K. Radomiensi erga Quietationem ~~retulisse~~ reddi esse. —

Administratio Canonicatus Fundi Radoszycka

Ulteriori cura Fls Canonici moderni Administratoris recommendata.

Debitum apud Jagniątkowski

Prosecutio hujus negotij sub Procuratoria demandatur.

Alveus in Kamień

Quod non factum fiat. —

Revisio Prædij Kamień

Occasione expirationis Contractus Arrendatorij hujusce Prædij, Revisio per impetratum Fllm Canonicum Szydłow. sku cum adjuncto Procuratore tum Prædij Emeritorum, ac Prædij Valletudinariorum in Chwałki sito injuncta. —

Revisio Bibliothecae

Accelerando Dispositionem a Regimine C.K. Circuli Radomiensis injunctam, ut Revisio quamprimum hujus Bibliothecae perficiatur, et Elenchus Librorum conscribatur Insigne Capitulum ad id opus conficiendum suum Laborem non recusavit, tum Clerum hujusce Collegiatae ad sese adjuvandum, obligavit. —

Debitum apud Fllm Canonicum Raszyński

Fls Canonicus Peculium ex Decimis sui Fundi compilatum ad erarium Capituli redigere approbavit. —

Debitum apud Kozłowski.

Cum eodem Debitore per Procuratoriam judicialiter procedatur.

Rypa

Reparatio Ecclesiae in Samborzec

Omnia necessaria ad hujus Ecclesiae comparanda Insigne Capitulum Rndmo Cancellario et hujus Plebanatus Tenutario recommendavit.

Granarium Muratum

Quod non factum fiat

Summa Capitalis 4600 fl. de Korytnica levata et in Bonis Przytyk locata

Quod non factum fiat

Summa Capitalis 1000 fl. in Przepiorow

Locatio hujus summae quantocius procuranda.

Concernentia ex Scholasteria

Ille Canonicus Sobczyński a praeterito Generali Capitulo ad hocce Negotium exequendum impetratus, ut D. Nawratil Praesidium Camerae Opicensis adeat, ab eoq. resciat, utrum in Contractu Arendario Bonorum Scholasteriae eadem concernentia absolvendum erarata sint? resultet de rundum id fieri potuisse

Annus Gratiae de Canonicatu Procustodiae

Annus Gratiae persolutus quidem, sed, quia non constat, plene, utrum in eadem quantitate, in qua est persolutus, a Regimine acceptabitur, nec ne? Adeoq. praecusto dilio respectu illius circa persolutionem facta, cum suo robore conservatur.

Bona Opoczka

Revisio Dictorum Bonorum Rndmo Josepho Lesiewicz Cancellario, ac Ille Canonico Grabkowski a suo Capitulo impetratis deputata; et Administratio horumce ulterior Ille Canonico Procuratori commendata.

Praedium Kamien'

Expirato Contractu Triennali Praedij Kamien' cum Illmo Joanne Cantio Lenczowski Epo Abderitanensi, Suffraganeo Lublinensi, Archidiacono Sandomiriensi, in Tenutam

An

Anno 1802. die 24. Junij inito, et Anno 1805° die 25 Junij fi. nito, Insigne Capitulum Eidem Illmo Archidiacono, cum omnibus clausulis, reatibus, ligamentis, ac conditionibus, in Anteriori Contractu expressis, in Tenutam Triennalem, erga Conscriptionem novi Contractus, idem Praedium dimisit.

Capitulum Septimanale

Die 13. Julij – 805. A° Praesentibus – Perillustri Rndmo Josepho Lisiekiewicz Cancellario, Illibus Gabriele Bialobrzeski, Antonio Pakulski, Antonio Gratkowski Canonicis celebratum. —

Alumnatus Clericorum.

Ad hunc Alumnatum circa productionem Testimonij, probitatis morum, honestatis ac modestiae Mri Kubeszewski Pro-Rectoris Gymnasij Sandom. Jacobus Dziatkowski est susceptus. —

Capitulum Generale

Die 9. Mensis Septembris 805° A° Praesentibus Illmo Joanne Cantio Senczewski Archidiacono, Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illibus Hyacintho Kochanski, Antonio Sobczynski, Gabriele Bialobrzeski, Antonio Pakulski, Antonio Gratkowski, Stephano Szydłowski, Francisco Lakrzewski Coadjutore, Canonicis celebratum. —

Excusatio Absentium

Illustres Canonici, Josephus Popiel, per Illm Stephanum Szydłowski, et Vincentius Staszynski per Illm Canonicum Gratkowski, Literis Missivis excusantur. Reliqui omnes DD. Capitulares, occasione variarum circumstantiarum, Politicarum et Ecclesiasticarum pro ~~excusati~~ agniti sunt. —

Calculatores

Ad recipiendas rationes tam Perceptarum, quam Expensarum ab Illstri Procuratore Illo Canonico Antonino Sobczynski et Stephanus Szydłowski sunt designati. —

Cul.

Cultus Divinus

Occasione Cultus Divini obvenit Communitas Vicariorum, in qua adinventitur defectus Cleri; Ideo Illustri Cnio Vice Praeposito hujus Collegiatae ut numerus Vicariorum adimpleatur demus commendatum: et in continenti, ut amplius stante Expositione SS. Assistentes Celebranti, semper sint albis et pluvialibus induti injunctum est.—

Constructio Turriculae

Constructio Turriculae actu continuatur, Reperatio vero Secti Ecclesiae Illustri Procuratori recommendatur.—

Alveus Cemeterialis

Ulteriori curae et reparationi suae Procuratoris praecommonstratur

Summa 20000 ℔ in Generalitate Judaeorum Palatinatuum Cracoviensis et Sandomiriensis

Quoniam intuitu hujus Summae jam dudum tam ad Commissionem Caesaream ad liquidanda Debita Judaica in hac Gallicia Occidentali delegata Nota porrecta, quam exposit, non habita inde ulla Resolutione, factus Recursus Viennam ad Aulicam Commissionem pro vindicando Censu pro eadem Summa, a tot jam annis relenta, et tabrog. nulla hactenus secuta est Resolutio; Insigne Capitulum in hoc negotio tam inveterato recurrendum adhuc ad Fiscum Regium censuit, et id Negotij suae Procuratoriae commendavit.—

Decima in Szewce

Quod non factum fuit.

Decima Fundi Canonicatus Mydlow

Retulit Illus Canonicus Sobczynski, ubi Administrator Canonicatus hujusce Fundi praedium pro ejusdem Decimis et Anno praesenti juxta Contractum a Regimine Civili Contrahenti datum, ab eodem contrahente ad Suas Manus esse persolutum; et quo pretio, persolutis ad Procuratoriam incumbentibus concernentijs, reliquam ad Cassam Circularem, vigore Mandati Circularis prima xeo.

sio

sione se comportaturum declaravit. Quod annotatur.

Canonicatus Fundi Radoszycka

Retulit Idem Sllus Cnius Sobczyński qua Administrator. ejusdem Fundi post fata olim Perillis Cajetani Bonicelli vacantis, in Decimas hujus Canonicatus minime se ingessisse, et qualiter per Regimen Politicum sint disposite, nihil se scire; ex sua tamen parte omnem fuisse adhibitam diligentiam, et notas ad Officium Circulare fuisse porrectas intuitu earundem Decimarum dissendi. tionis; nullum tamen responsum recepisse; nisi quod Illus Commissarius Districtualis Radobicko asseruerit, eas. dem Decimas per Officium Circulare Kieleccense Sectationi subjiciendas fore. Quod annotatur

Debitum apud Jagnialkowski

Quod non factum fiat

Debitum apud Perillustrem Staszynski

Siquidem debitum istud juxta contestationem per Sllum Cnium Fratkowski nomine et ex commisso præfati Sllis Canonici Staszyński in anteriori Gli Capitulo factam, non est pacificatum, jam autem Erarium Capituli plurimum est extenuatum et expensa publica augentur; hinc quatenus Sllus Cnius Staszyński pro eodem debito dirigat Literas cessatorias Perillis Comiti Fratkowski, concursum

Revisio Bibliothecæ

In seguelam Decreti in anteriori Junii Capitulo intuitu Revisionis, sive de novitèr conscriptionis ad Mandatum Regiminis Politici Librorum Bibliothecæ; primus Perillis Cancellarius opus hoc est aggressus; Et hanc conscriptionem notabili ex parte est prosecutus; hinc non potest jam ulterius ad eundem laborem adurgeri, adeoque sequens ex Individuis Capitularibus, Sllus semper Cnius Sobczyński, tanquam frequentior in adeundo hanc Ecclesiam et Suum Capitulum, ad prosequendum idem opus quatenus queat, invitatur, et post vero cæteri sequentes venient invitandi. —

Debi.

Debitum apud Kozlowski

Relatum est per Procuratoriam debitum istud ad complementum 200 ff. ex quo anterius ff. 54. ab eodem Debitore pro ex decimatione Decimo praetensi, acceptati, et ad rationem ejusdem debiti computati extiterunt, in quota ff 116. esse persolutum, manentibus apud eundem tribus expensis, a quibus tamen vindicandis supersedendum Insigne Capitulum ad praesens declaravit. —

Ecclesia in Samborzec

Ex relatione Perillo Cancellarij ibi Tenutarij Plebanatus Samborzecens. constitit, ea, quae urgentius indigebant reparatione, ut conteclio scandulis Ecclesiae, esse reparata, manent adhuc reparanda circa Residentiam Vicarialem quae reparanda sollicitudini Ejusdem Perillo Tenutarij sunt commendata. —

Granarium Muratum

Retulit Illus Canonicus Procurator circa hoc Granarium jam in nonnullis magis necessariis subsecutam esse reparationem, superesse autem ad reparandum, pavimentum in inferioribus Cameris in Tenuta Illustris Sedochowski existentibus, et ad Residentiam ibidem necessarios Canales. Quos effectuanda Procuratoriae injuncta.

Summa Capitalis ex Jesien 4600.

Relatum est per Procuratoriam ad tenorem Perti Capitularis inscriptionem hujus Summae ex Jesien in Przytyk translatae; de bonis Terrestribus Radomiensibus per Extractum esse depromptam. Quo ut in Archivo sui Capituli recondatur, inculcatum.

Summa Capitalis 1000 ff ex Przepiorow

Haec Summa ex relatione Illus Cnei Procuratoris, manet hactenus in Depositu Fori Nobilium Cracoviensi; ex quo ante hac difficile erat adinvenire Victorem. Modo tamen cum Illaeus Kochanowski Bonorum Jurizy ac Haeres velit Summas Capitales, quascunq; forent, a Capitulo in Sua Bona assumere; exinde factam esse Petitionem Fisco Regio

gio, quemadmodum pro alijs Summis, vti ex Smichowie et Lenarcie ad vita Haeredum dictorum Bonorum levandis et transferendis, ita etiam pro hac Summa ex Przepiorow jam levata, eadem Illustris Kochanowski Victor ejus proponendus; hactenus tamen nihil esse secutum = Promoveri Negotium respectu hujusce ex Przepiorow levatae Summae, commendatum Procuratorio

Concernentia ex Scholasteria

Retulit Illus Cnus Sobczynski, qua impetratus ad explicandum et rescindum a Illmo Nauvato Praefecto Bonorum Camerarium Tractus Osiecny utrum Obligationes ad Procuratoriam persolvendas Fundum hanc afficientes, fuerint, et sint in Contractu cum Senatario Proventuum ejusdem Fundi per Regimen Politicum inito apposito? nondum hoc commissum ob absentiam commodae occasionis effectuare, curaturum se tamen, quam primum id effectuare, et Capitulo Septimanali referre ablatit. Quod annotatum

Revisio Opoczka

Quod non factum fiat. —

Summa Capitalis 6000 fl. in Ossolin

Negotium census pro hac Summa, a pluribus Annis relenti, non intermisse promovendum, Sollicitudini Procuratoriae commendatum. —

Debitum apud R. Zwolinski

Relatum est per Procuratoriam, hypographum super Summam a praefato p. d. Adm R. Zwolinski, suo Capitulo in fl. 3333. gr. 10. debitam, cum specificatione quanti in eum ejusdem debiti persoluti, ad Quotam fl. 1666. gr. 20. ascendentis adeoq in restanti quota fl. 1666. gr. 20. tantum resultantis; esse in Actis Civilibus Magistratus Sandomiriensis intabulatum ad effectum idem Debitum ex Massa Debitoris derelicta vindicandi. Tum ex conventione Camerae Granarij Muirati ab eodem debitore manent solvendi fl. 325. gr. 10. — Contemporanea ad praesens Capitulum illatum est Supplex Petitum a Successoribus p. d. A. R. Zwolinski ad Condonandum hocce debitum Insigne Capitulum habita ra

ratione tam Meritorum ejusdem Debitoris in Suo Capitulo, quam orbitalis Successorum, licet quidem, jam antehac Eidem Defuncto condonaverit 3000 ℔ Actu tamen et hoc utrum Debitum favore Eorundem Successorum, et in utilitatem eorundem Successorum condonandum et cedendum censuit. Ita tamen ut hocce Debitum, in Concursu aliorum Creditorum expensis Successorum vindicetur —

Postulatum V.P. Dominicanorum

Ad postulatum hoc PP Dominicanorum Suo Insigni Capitulo, ratione: Revisionis Documentorum eorum per Notarium Apostolicum Authorisationis in causa Beatificationis 119. Martirum in Polia S. Jacobi et Muros ejusdem Ordinis a Tartaris crudeliter trucidatorum, Roma sese agilanteje exporrectum — Insigne Capitulum Illum Josephum Sicikiewicz Cancellarium et Illm Cum Szathowski ad hunc finem, in quantum possibile erit, effectuandum, impetratos, delegavit. —

Praedium in Chwatki P.P. Psalteristarum

Ex Sectione Decreterum Anteriorum Illis Capituli apparet, Decretum ratione praedicti in Chwatki Praedij actis Capitularibus non esse ingrossatum. — Proinde Insigne Capitulum ad Mentem dicti anteriorum Decreti, injunctam Revisionem hujus Praedij per Illm Antonium Sobczyński et Stephanum Szydłowski Canonicos effectuatam approbavit. Jam autem Illm Gabrielem Białobrzeski Cum, qua Psalteriae Administratorem, subsecuta, per Suos Delegatos Calculatores tam perceptarum quam expensarum verificatione, quietavit. Et in continenti ei, dem Illustri Administratori idem Praedium in Tenutam Triennalem a die 24. Junij 805 ad eandem Diem Junij 808. Anni, locavit. —

Catechetu

Intulit oretenus Illus Canonicus Staszic Mansionarius hujus Collegiatae, se studiosis Gymnasij Sandomiriensis Annis duobus Catechitasse ac Missas quotidie qua Capellanus celebrasse; petijt igitur, ut sibi pro hoc Munere per

acto

acto congrua Merces designetur. Insuper Capitulum Eundem pro praetensa remuneratione ad suam Communitatem Mansionariorum relegavit, et ut Illi ex Massa ejusdem suae communitatis 800 ℔. solvantur, decrevit

Calculus Procuratorialis

Lectis Rationibus Annualis Proventus „et expensae" in Tabella Summaria per Illos Ecios Calculatores deputatos exhibita; contestata gratitudine Illri Canonico Procuratori pro suscepto labore. Insuper Capitulum Eundem ad idem munus obeundum in futurum annum impetravit

Praesentia

In Annum sequentem 100 ℔. in Hebdomadam determinati.

Consolationes et Eleemosinae

Ut in anteriori Generali Capitulo Septembrali assignatae.

Capitulum Septimanale

Die 26. 8bris 1805. Anno Praesentibus Perillustri Josepho Lisiliewicz Cancellario, Illbus Antonio Soberynski, Gabriele Białobrzeski, Antonio Trattowski Ecio celebratum

In quo

Cum Illis Canonicus Procurator exposuit, qualiter; ex una parte et ex altera parte rerum Sui Capituli extremum subierit defectum, et plane sit exhaustum; ex altera vero parte, quod prima nondum pacificata Contributione Frumentaria, moderno hoc tempore per Ces. R. Regimen distributive Suo Capitulo suaq Ecclesiae imposita, quae pretio suo, ad supra 6000 ℔. ascendit, et pro qua ultra 2000 ℔. debentur adhuc, et restant persolvenda; Altera paulo minus absimilis Contributio de recenti est indicta, eumq moderno tempore solutio et vindicatio Censuum plane sit difficilis, ulteriores q Contributiones praevideantur adhuc subsequendae; in tali igitur statu et concursu rerum graviter suum Capitulum prementium; Idem praesens Capitulum nullo alio interveniente medio, rebus exposititis subveniendi: contrahendam mutuo Summam decem fortium millium ℔. concluserit, et id procurandum Suo Illustri Canco Procuratori, injungendo

~~gestum Illi per suum Capitulum inobtentum~~, et circa assecurationem de tali Summa contracta pro Festo S. Joannis Baptistæ in anno proxime venturo 806. omnino restituenda, in commissis edit. —

Capitulum Septimanale

Die 8a Martij 1806. Anno Præsentibus Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illbus Antonio Sobczyński, Gabriele Białobrzeski, Antonio Grabowski Cricis celebratum.

Intuitu eligendi et constituendi de Fundum Prebendæ Canonicalis hujus Collegiatæ Pilicensis dictum, post fata olim Rdi Antonij Pakulski illius ultimi, et immediati Possessoris, ad mentem Decreti Illmi Consistorij Epiplis Cracoviensis de dato 3. Martij 806. Nro 1411. emanati. — Insigne Capitulum in talem Administratorem præfatæ Canonicalis Præbendæ, Illm Gabrielem Białobrzeski Canonicum, et sui Capituli Procuratorem concordibus votis elegit, et constituit, Ipsique ea omnia, quæ prælibato Epiplis Decreto præscripta et ordinata sunt, exequenda commendavit, ac etiam Annum Gratiæ, de eodem Canonicatu, conformiter ad statum Capitulare provenire debitum, vindicandum, insinuavit et obligavit. —

Sub Eodem

Insistendo Decreto Illmi Consistorij Epiplis Cracovij de dato 3. Martij 806. Nro 1412. edito, vi cujus Electio Administratoris Præposituræ in Ecclesia Insigni Collegiata Sandomiriensi post fata olim Rdmi Venceslai comitis Sierakowski Cathedralis Cracovi. Præpositi illius ultimi et immediati Possessoris vacantis, est injuncta Insigne Capitulum ad hocce Munus Administratoris præfatæ Præposituræ Illm Antonium Sobczyński Cæum suæ Collegiatæ elegit. Ipsique ea, quæ prælibato Decreto Illmi Consistorij Episcopalis sunt præscripta, adimplenda, commendavit —

Capitulum Septimanale

Die 15 Martij 806 A. Præsentibus Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illbus Anto Sobczyński, Gabriele Bia-

Białobrzeski, Antonio Grałkowski Cnis celebratum

In Duo

Retulit Ills Cãneus Procurator conformiter ad conclusionem Capitularem die Sabbathi 26 8bris 805 Ai procuras. se et accepisse 1000 fl. à Rndmo Francisco Zakrzewski Cathedrali Cracoviens et hujus Collegiatæ Coadjutore Canonico, hac cum sua oratenus sibi Referenti exposita intentione et ordinatione; ut ex his quatuor millibus bina subsequenti obligationi, ipsa, si non prius, saltim pro die S. Joannis Baptistæ in An: cur: restituendi; altera vero bina millia ederent pro Missis: computando Stipendium pro una quaq a duobus flor: pol: quo lib et successive Mense a Data accepti, per Centum in hac Ecclea Collegiata sive etiam abextra, omnino absolvi procurandis. Insuper Capitulum, habita hac relatione, ut plurimum se ex hac facilitate et benevolentia dicti Rndmi Cnci Zakrzewski sensit obstrictum, sic Ejdem maximam gratitudinem, aeque in Cordibus Suis, ac in hisce Actis, inscripsit, et in vim suæ gratitudinis Intentioni Ejusdem Rndmi Cnci, per omnia, tam quo ad restitutionem duor Millium, quam primum hac fieri possit, quam, quo ad Missarum Absolutionem, ita, ut est prædispositum, procurandam, se se obligavit. ___

Capitulum Septimanale

Die 12 Aprilis 806. Ao Præsentibus Perillustri Josepho Sisikiewicz Cancellario, Ills Gabriele Białobrzeski, Antonio Grałkowski Canonicis celebratum

Debitum ab Illstri olim Cãno Pakulski proveniens.

Retulit Ills Cneus Procurator ex Debito, ad quod et quale obligatus erat suo Capitulo defunctus Ills Cneus Pakulski; et qui stante vita sua consuevit illud per determinatas rathas exsolvere, pro obliquidationem nunc earundem ~~exsolvarum~~ Rathar[um], restasse adhuc post fata ejusdem Ills Cnci ad persolvendum duo millia flor: pol: quæ,

quia

quia jam in facto integraliter per Successorem, Germanum Fratrem nempe Adalbertum Pakulski, ad Procuratoriam sunt exsoluta, annotatur

Debitum Passivum

Retulit Idem Illi Cnius Procurator, bina millia fl. qua exigore Conclusionis Capitularis, prout superius his in Actis Mutuo a Perillustri Andreo Cnio Zalirzewski in presentibus Rerum Stantijs contracta fuerant, nunc, non expectando terminum, qui ultimarius saltim pro die S. Joannis Baptistae in anni restitutionii hujus Summa conditus erat, insistendo declarationi Sui Capituli subsecutae, quam primum possit, restituendae ejusdem Summae, jam his diebus Perillustri Andreae Creditori, imo totius Benefactori, esse exsoluta, quod pariter annotatur.

Capitulum Septimanale

Die 19. Aprilis 806to A. Praesentibus Perillustri Josepho Pisiczewicz Cancellario, Illius Gabriele Biatobrzeski, Antonio Gratkowski Canonicis celebratum

Debitum Passivum

Ad factam per Illum Cnium Gratkowski illationem, hac occasione; quod: cum Ipse adhuc in Minore Ubi Anni praeteriti 805, absente protunc Illustri Canonico Procuratore, et urgentissime instante contributione bonum: prout Suo Capitulo optime est notum: dederit commodato de peculio cleto fidei Suae commisso, ad manus Illi Cnii Vice-Procuratoris 54. aureos in specie, pro coemendis in Nundinis proxime tunc in Oppido Kaprzywnica incidentibus praerequisitis bobus, in spem, quod istud debitum quantotius a Suo Capitulo Sibi exsolvi demandandum foret; illud tamen, non modo, quia hactenus non extitit persolutum, sed, neq in Actis Capitularibus fuit, et est annotatum Proinde Insigne Capitulum ejusmodi debitum pro memoria annotari disposuit, illudq, non prius, saltim in futuro imminenti Capitulo Generali pacificari curare declaravit.

Capi

Capitulum Generale

Die 3ª Mensis Junij 1806 Anno Præsentibus Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illbus Antonio Sobczyński, Vincentio Paszyński, Gabriele Białobrzeski, Antonio Grabowski, Stephano Szydłowski, Francisco Fabrizewski Coadjutore Canonicis celebratum.

Excusatio Absentium

Relicti omnes DDi Capitulares absentes. Quorum jam post extinctionem ~~de~~ plurimorũ exiguus superest numerus, licet, præter Rdm Canonicum Popiel qui Suam infirmitatem literis Missivis excusavit, non sese excusarunt, ex variis tamen circumstantijs pro excusatis per Suum Capitulum sunt declarati.

Cultus Divinus

Cum ad Cultum Divinum maxime conferat regulamen RR. Vicariorum, et ad præsens post fata Illi olim AR. Stanislai Oborski Canonici Honorarij, et Vice-Præpositi hujus Insignis Collegiatæ, super quo ulti semper optimo Adjutore Sui Capitulum Insigne fundabatur, ad præsens post illius deplorandum decessum e vivis, opus habeat in locum Ipsius substituendi alium Virum bene moratum et similis dexteritatis ad regendam Communitatem, ad eligendum ~~vero~~ Communitas RR. Vicariorũ jus habet sub præsentia Deputati a Capitulo. — Proinde Insigne Capitulum volens quamprimum habere Regentem Communitatis Vice-Præpositum Ecclesiæ juxta mentem Statutorum Illmi Vincentium Paszyński Canonicum suum ad hunc Effectum deputavit pro Præside Capituli RR. Vicariorum ad hanc Electionem convocando; Eumque ut durante Suo Capitulo modernæ hanc Electionem fieri procuret obligavit. —

Retulit Illus Canonicus Paszyński, quod satisfaciendo prædicto Decreto Insignis Capituli, congregati Capitulũ RR. Vicariorũ ad eligendum Vice-Præpositum in quo unanimi voce omnium eligentium, electus est Illtrisũ A.R. Ignatius Wołkowski Canonicus Honorarius et Vice-Decanus hujus Collegiatæ, qui primus ipsius gremii incolatus, pro bono communitatis acceptavit.

Constitu

Constructio Turriculæ

Retulit Ills Procurator unam Turriculam de novo construendam esse, alteram quidem omnino reparandam sed potius et prius Tectum Ecclesiæ omnino reficiendum; reparationem autem Turriculæ stantibus modernis gravibus contributionibus in post reponendam. Capitulum concluserit, tectum Ecclesiæ quam primum reparandum.

Alveus Cometericalis

Retulit Ills Procurator quod semper proposse reparat summa 20,000. in Generalitate Sudæorum Palatina. tuum Cracovien: et Sandomc.

Quod non factum fiat.

Decima in Szewce

In negotio hujus Decimæ ad Fiscum C. R. recurrendum

Decima Fundi Mydlow

In negotio Decimarum Fundi Mydlow retulit Ills Cæs Administrator, quod quotam pro divenditis hisce Decimis ad Cassam C. R. Circularem Radomien: non comportaverit, sed eas hac pro enatis Contributione frumentaria et alijs pecuniarijs vulgo: Szafunek: expenderit, et ~~ad~~ relinquerit in expensas futuras apud se retinuerit, quibus expeditis residuum ad Cassam præfatam comportabit. Jam vero respectu divenditionis earundem hoc Anno cum Licitatio nulla potuit fieri ex quo magno pretio præteritis Annis fuerint divenditæ, ita, ut emptor earundem ab eis recesserit, et nullus adita, ita, ut emptor earundem ab eis recesserit, et nullus alius eas dem licitare voluerit Ills Administrator illico ad Inclytum Circulare Radomie: Officium se contulit, cum relatione de non possibilitate Licitationis, ad quod responsum verbaliter a præsidente Commissario in Circulo, Mco Hoppe quod in hoc casu eadem Decimæ ad dispositionem Ills Administratoris relinquerit. Capitulum consuluit Illustri Administratori ut in hac circumstantia cum Magnifico Commissario Radomiensi conferat. Cano

Canonicatus Fundi Radoszycka

Diligentia continuanda Insigne Capitulum commendat Illustri Canonico Administratori

Debitum apud Sagniatkowski

Retulit Illus Cnius Procurator negotium hoc nondum esse terminatum. Capitulum commendavit Suo Procuratori pro posse vindicandum.

Debitum apud Illum Cnium Praszynski

Hocce debitum Illus Cnius Praszynski pro futuro Capitulo Septembrali se reddere asspromisit.

Revisio Bibliothecæ

Ad ulteriorem conscriptionem Librorum hujus Bibliothecæ Illus Cnius Sobieszynski uti sequens ex Ordine DDm Capitularium, et jam per Decretum Capituli Generalis Septembralis invitatus, etiam per præsens Capitulum invitatur humanissime

Ecclesia in Samborzec

E revisione Plebanatus in Samborzec patet, quod sunt per Rndum Tenutarium jam reparata, et etiam quod adhuc restant reparanda, præcipue vero tectum super Domo Vicariali quod si non totum hoc Ao saltem per medium ab Occidente omnino resarciendum est, ac etiam Casa Mathei Parka restauranda, alq Campana stabiliienda. — Neu non Stabulum penes Tabernam ex nunc reparandum. In continenti consultatum est super ulteriori Tenuta vel Administratione hujus Plebanatus. — Capitulum conclusit, quæ sunt reparanda reparari, et in Tenutam ulteriorem triennalem pro quanto Annuo scilicet: Summa 10,000 Pl. Eidem Rndmo Cancellario in triennalem Tenutam potius dimittendum censuit, ac dimisit.

Electio Vice-Decani, et Præpositi Hospid.

Retulit Illus Cnius Staszynski qua Deputatus ad Providendum Capitulo RR. Vicarior in Electione tam Vice-

Vice=Prepositi, quam [illegible] hodie sub præsidentia Sui electus in Vice=Decanum A.R. Michaël Tarapawinski Vicarius ejusdem Ecclesiæ per Communitatem bene commendatus de Scientia, probitate morum et habilitate: et etiam nomine ejusdem communitatis postulationem, quatenus Insigne Capitulum renovata memoria meritorum A.R. Josephi Sopkiewicz, a 42. Annis in hac Ecclesia laborando, positorum, Eundem uti bene moratum et laboribus fractum singulari favore et protectione prosequi dignetur. Qui in continenti retulit, quod ei hac occasione commendavit Nomine Insignis Capituli ut Communitas moderna, et respiciendo majorem Cultum Dei, et etiam ut ipsi non graventur continuis sine adjutorio laboribus procurent quantocius pleniorem numerum Communitatis, quod brevi futurum appromisit Communitas. Insigne Capitulum acceptata Electione in Vice=Decanum A.R. Michaëlis Tarapawinski Vicarij ejusdem Ecclesiæ, et audita commendatione Venerandæ Communitatis A.A.R. Vicariorum A.R. Josephi Sopkiewicz Vicarij Emeriti ejusdem Ecclesiæ, eundem veremeritum bene de Ecclesia hac agnovit, et volendo eidem probere Documentum Sui erga Eam favoris, et compensando labores, atque inciteando Eum adperseverantiam in laborem ad hanc Ecclesiæ usq ad mortem, Eundem in Prepositum Domus Emeritorum Sacerdotum elegit, et statim Peritori Rndmo Dno Officiali Loci adsentiq Capitulo, ad investiendum viva voce præsentavit. —

Granarium Muratum

Retulit Ille Canonicus Procurator in Granario Murato reparandum esse pavimentum in duabus Cameris et superum muratum restaurandum. Insigne Capitulum commendavit Suæ Procuratoriæ desideratam hanc reparationem effectuandam. —

Summa Capitalis 1000 fl. ex Deprepiorow

Hæret in Deposito, Commendatur Ille Canonico Procuratori, ut in quantum potest, curet hanc Summam locare.

Cæ

Concernentia ex Scholasteria

Ex relatione Dñi Canonici Sobczyński constitit quod reverendissimus Dñus Nuncius Prefectus Bonor Cameralium Dei gratiam esse mentionem in Contractu cum Possessore Bonor Mariazzo Fundi Scholasteriæ de concernentijs suum Capitulum respiciens: factam. — Ad Dñi Ejus Procurator hoc loco retulit quod cum suis set Radomiæ ad Dñum Gorier Commissarium Circuly Radomiens repræsentasset hoc negotium; accepisset ab eo responsum quod in tali circumstantia per Administratorem Fundi hujus recta ad Officium Circulare recurrendum esset, vel si Administrator id prætermitteret Capitulum per Procuratoriam suam recurrat. Insigne Capitulum hoc negotium Procuratoriæ effectuandum commendavit —

Revisio in Opoczka

Per Deputatos in præterito Capitulo Creos Revisores, ante Capitulum Generale Septembrale effectuanda interim Dñus Ejus Procurator nondum completis Regestris reddidit quantum percepisset in pecunia pro divenditis frumentis et feno, et quantum remaneat in residuis frumentis dividendis. Insigne Capitulum divenditionem frumentorum commendavit, Regestra Revisoribus desuper gratis ad calculandum porrigenda decrevit, et Idem Dñus Canonicus Procurator eadem bona pro futuro Anno administret, conclusit. —

Summa Capitalis 6000 fl in Ostrolin

In hoc Negotio directe ad Illm Comitem Sedlnitzky recurrendum sua Procuratoriæ incalcatum est. —

Postulatum AAR. Patrum Ordinis Prædicatorum Sandomiriens.

AR. Patres Ordinis Prædicatorum Conventuum Sandomiriens. supplicarunt per Notam ad Insigne Capitulum porrectam, ut Idem Capitulum, ubi optime gratum et continuatæ et hucusque perseverantis Cultus SS. Martirum Ordinis ejusdem hic Sandomiriæ a Scithis circa dimidium XIII Saculi, sub tempus

Dei

Decantationis „Salve Regina„ in Ecclesia sui Monasterij Tituli S. Jacobi trucidatorum — in Ordine procurando Eor Canonizationis suum fidele Testimonium apponere dignaretur. Insigne Capitulum deferendo justa horum nec Patrum Postulationi, quod realiter, et sine interruptione, sicut porrectum fuit a Majoribus. Cottus his 119 Martiribus, uti Sanctis, sine Interdictione ab Ordinarijs Loci deferatur. Illorum Imagines in Ecclesia S. Jacobi ejusdem Conventus, ab immemorabili tempore cum Palmis Martirij exposita, atq in Pariete Capellæ, quæ in honorem Eorum est ex Lapide cocto extructa, cum expressione Trucidationis Corpi[c]la, similiter et in Ecclesia sua Collegiata Sandomiæ ad parietem sub Horo Organi, reperiantur, et quod quotannis ad Devotionem recurrentes Eorum Martirij die scilicet 30. 9bris Populus undequaque confluat, Illorum Protectionem invocet, et semper eos Sanctos appellet, attestatur. Quod Testimonium Dcto præsentis Gli Capituli sub Tempus Devotionis triduana in Memoriam Extensionis utriusq sexus Fidelium, tam ex Clero, quam ex Secularibus Personis Sandomiriæ a Scythis etiam Anno 1241. trucidatorum, celebrari cum Indulgentijs a Sa Sede tributis, solite [illegible], plenam fidem faciens ex Actis Suis, cum subscriptione Rndmi Prælati, protunc Præsidentis Capitulo, et Secretarij sui, cum appositione Sigilli Capitularis extradere mandavit. — Actum et Datum in Stuba Capituli Sandomiriæ die 11. Mens. sis Junij 806. Anno.

Cathecheta

Ad interesse Illo Cñi Strasz officium Cathechetæ et Capellani Studiosorum Gymnasij Sandom. obeundis pro suscepto labore in Capitulo præterito assignati fl. 800. ad salicitora tempora ad persolvendum a Sua Communitate sunt determinati, f. ca cum clausula: ut Chyrographum seu Chiarta Creditoria a Communitate Mansionariorum ad Manus Illustris Canonici Mansionarij conscribatur, et redatur. —

Debitum

Debitum Passivum Filii Chri Gratkowski

Ex Cacho R.R. Patteristarum vel Mansionariorum mutuan. da pecunia ad Iltri Canonico Gratkowski intoto, ad insge. ejd reddenda; s: cum clausula: ut Illo Procurator ad Massam de qua pecuniam mutuo accepit intoto responat. Insigne Capitulum disposuit. —

Casa Chmelthonalis in Sojowice

Pro re Capituli emenda, et debita pacificanda. —

Et quoniam ex Relatione Illi Chri Procuratoris constat; quod nullus in Licitatione Summam detaxatam tam hujus Casa tribuere voluerit et debita passiva transsuperant. — Id circo Insigne Capitulum ad Procuratorid eandem pro Summa detaxata emere, et debita pacificare pradisposuit. —

Interesse A.R. Zagrodzki uti Mansionarii

A.R. Joannes Zagrodzki intulit Suum Petitum ad Insigne Capitulum cum Motivis in eo specificatis ut habito Et respectu Insigne Capitulum permitteret Eidem in Tenutam Villas Chalina et Goycow pro Summa 6000 fp. dimitti Insigne Capitulum acceptatis Ejus Motivis, Punctisq cinsa hacce exaratis attendit cum videatur id in melius Communitatis R.R. Mansionariorum esse praconceptum, prædimisit Eidem „Bona dicta in Tenutam triennalem dimittit: hisce tamen Conditionibus appositis, 1mo ut calculum ex Procuratoria a tempore capti hujusce Muneris ad ig. 24. M. et Annis cung: indilate saltem 1mo Anno Peritti Commissario responat. 2do ut ex occasione hujus Tenutæ non se sapius ab Ecclesia absentet, videns quam primo necesse sit non minui Devotionem in Ecclesia. 3tio Vult Insigne Capitulum ut dignissima Mater Ejus ut semel teneris cum Eo hac Bona Contractum futurum subscribat et se obliget ad respondendum. 4to Ut in casu Fato, rum Ejusdem Tenutarii Successores Eius non prætendant continuationem capti Triennij sed tantum illius Anni quo finiret vitam. 5to Ut inventarium Oeconomicum de novo

novo exacte conscribatur, et in Archivo Capituli sui reponatur. 6to Ut Procurator substituendus in Locum sui recepturam pecuniam tam ex Tenuta, quam ex Decimis, ad Manum quidem pro Expensis habeat sed causa tutioris conservationis ejusdem in Stuba Capitulari eandem retineat. 7mo Quo ad Inventarium vivens vult Insigne Capitulum ut quæ sunt moderni Anni ex junioribus in Rem communitatis conscribantur et taxentur ad Ejus dispositione. Jam autem Equi, boves vaccæ et alia ex vivendibus, et etiam Inventarium mobilium conscribantur, et taxentur, aut in eodem Statu restituenda, aut juxta Taxam persolvenda. In reliquo Contractum conscribendum conformiter ad Motiva et Juncta Insigni Capitulo porrecta ad mundum perscribendas, adjectis omnibus Junctis hic exaratis conficiendum per Perillustrem Rndum Cancellarium uti Præsidentem modernum Capituli et Commissarium R.R. Mansionariorum, tum per individuum alterum ex Mansionariis subscribendum, decrevit. Ad Inventarium vero in Loco faciendum R.D. Josephus Josikiewicz Administratorem Mansionariæ unius designavit. Et in continenti Prædium Subiaszowski dictum pro Summa 1200 fl. in Tenutam Illtri R.D. Petro Straszewicz Canonico Honorario Mansionario similiter triennali Contractu cum eo faciendo dimittit permisit servatis omnibus servandis quæ circa confectionem Contractus præ cautis et prescriptionem Inventarij servari debent. — —

Capitulum Generale

Die 9na Mensis 7bris 1806 Aō Praesentibus Illustriss: simo Joanne Cantio Lenczewski Archidiacono, Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illustribus Hyacintho Kochański, Antonio Sopczyński, Josepho Popiel, Vincentio Piaszyński, Gabriele Białobrzeski, Antonio Gratkowski, Francisco Zakrzewski Canonicis celebratum.

Excusatio Absentium

Reliqui omnes DD. Capitulares absentes, quorum jam post decessum "multor" de hac vita exiguus adinvenitur numerus pro excusatis per Suum Capitulum sunt declarati.

Calculatores

Illustres Canonici Popiel et Piaszyński sunt designati.

Debitum

Cultus Divinus

Ex ratione Cultus Divini consultatio facta in Capitulo de RR. Vicariis habita ~~occasione~~ protecta ex Questione mota in: ter Praesidem in Congregationis et Communitatem RR. Vicariorum Sandomiriensium bene praesentatus fuerit per Eandem Communitatem Illustris RR. Ignatius Klochowski ex ~~electione~~ Electione Eorum sub Praesidentia Deputati ab Jnsigni Capitulo ex quo putavit Capitulum RR. Praesbyter Clericor Secularium in Communi viven Kielciis celebratum quod Illor Praeses habeat jus cessum ab Jnsigni Capitulo ad praesentandum Vice Praepositum, igitur ad tollendum hocce dubium et omnem anxietatem animi ab Illustri Vice Praeposito auferendam lecta sunt in hac materia Decreta tam 1um Quod Jndividua Capitularia cesserunt Juri suo in Praesentatione Singulorum Vicari: orum statuumq Capitulare ex hac occasione conditum, et per Celsissimum Loci Ordin: Sottyk approbatum, quam po:

sterius

posterius Decretum quo RR. Presbyteri in Communi viven
pro Vicariis ad hanc Ecclesiam assumpti et admissi sunt
ex quibus clarissime patet, quod tam Vice Prapositus,
quam Vice Decanus Ejusdem Collegiata per Communi-
tatem RR. Vicariorum Sandomir: sub Presidentia Deputati
ab Insigni Capitulo eligi et praesentari debeant ad insti-
tuendum per RD. Decanum Jnis. Capituli. His itaq; pen-
satis Jnis. Capitulum concluxit Illustrem RR. Vice Prapo-
situm nullam debere habere dubitationem super sui legiti-
ma Electione et Praesentatione Perillustri Praesidis et Ca-
pituli Communitt RR. Presbyd in Communi viven. Eadem
Decreta ex Actis Authentice extracta Eidem Perillustri
Praesidi communicanda decrevit, simul etiam ex Actis
RR. Vicariorum Actus praecedentem Illorum Susceptionem
ad Ecclesiam Collegiatam, et subsequentem Electionis et
Praesentationis p.m. Illustris Oborski in Vice Prapositum
et Illustris Kochowski in Vice-Decanum extradendos
authentice concluxit. – Quod autem spectat Declaratione,
Perillustris Praesidis RR. Presbyterorum in Communi vi-
ventium, per Litteras missivas ad Reverendissimum
Cancellarium datas, super Designatione R. Swiętochow-
ski ad augendam Communitatem, ut hac posit satisfa-
cere Obligationibus et in Samborzec, eandem accepta-
do, R. Dnum Cancellarium suum impetravit, ut respon-
dendo ad prafatas Literas dignetur acceleratione ejus-
dem R. Swiętochowski transmissionis ad Locum eidem
insinuare.

Reparatio Tecti Ecclesiæ Insignis Collegiatæ Sandomiriensis.

Retulit Illustris Canonicus Procurator reparationem
omnino faciendam et continuandam, nam idem tectum
innotabili parte est desolatum. – Insigne Capitulum
concluxit omnino reparationem sine intermissione
continuare

continuandam, et cum deficiat in Procuratoris Proventus, aliunde pro hacce reparatione destinatus, proinde ex Cecho antiquo Aureos Hungar centum pro pecunia area Sum: mo pretio commutandos decrevit.—

Summa 2000 fp. in Generalitate Judeor.

Decretum anterioris Capituli conservatur.—

Decima in Szewce

Decretum Capituli in suo robore conservatur.

Decima Fundi Mydlow

Retulit Illustris Canonicus Administrator quod hic Decima moderno Anno in praesentia sui per Praefecturam in Osiek pro 1000 fp divendita et pecunia percepta in Cassa Praefectura Ejusdem relicta Insigne Capitulum obligavit Illustrem C. Administratorem, ut, si Praefectura dein recipere deberet quantum pro Decimis, Eadem Praefectura Ins. Capitl persolveret pro Obligationibus ea-hoc Fundo absolvendis.—

Canonicatus Fundi Radoszyckd.

Diligentia Illustri Administratori iterum comendatur.

Administratio Fundi Praepositurae

Illustris C. Sobczyński Administrator Praepositurae retulit, quod cum fuisset Radomiae circa licitationem hujusce Fundi Obligationes Hunece Fundum spectantes proposuit in Circulo, sed ad hoc responsum, ut seorsivam notam cum Consignatione Obligationum ad Circulare Officium, uti Administrator porrigeret, quod nondum effectuavit, sed paratus est id pro bono Eccleśiae facere.— Insigne Capitl Eundem maximopere obligavit, ut non intermittat hanc effectuationem porrigendae notae; quinimo quantocyus accederet.

Debitum apud Jagniatkowski

Intuitu hujus Debiti Decretum anterioris Capituli innovatur.

Revisio Bibliothecae

Repromisit Illt: C. Sobczyński quamprimum per tempus

licuerit, Revisionem hujusce Bibliothecæ effectuandam.

Debitum apud Jllt: C: Ptaszynski

Cum Idem Debitum per Eundem Jllustrem C: Ptaszynski persolutum in toto. Proinde præsenti Decreto de eodem quietatur.

Ecclesia in Samborzec

Insigne Capitulum Reparationes nondum effectuatas Perillustri Cancellario Hujus Plebanatus Tenutario effectuandas commendavit.

Granarium Muratum

In hoc negotio Capituli anterioris Decretum innovatur.

Summa Capitalis 1000 ℔ ex Przepiorów et 5000 ℔

De Szumsko

Locatio harumce Summar Jllustri Canonico Proc: recommendatur.

Concernentia ex Scholasteria

Quod fuit in hocce Negotio Jllustri Canonico Proc: in præterito Generali Capitulo commendatum, denuo effectuandum recommendatur Suæ Procuratoriæ

Revisio in Opoczka

Facta est Revisio per Peritos Revisores sufficienter facta Regestrata calculata suscepta.

Summa Capitis 6000 ℔ in Osolin

Negotium hoc juxta anterius Decretum solicitudini Procuratoriæ commendatur.—

Catecheta

Juxta Decretum anterioris Capitali Summam 800 ℔ designatam. Communitas R. Mans: in spatio trium Annor Rathatim exsolvit.

Debitum Passivum Jllris Cici Grathowski

Hoc debitum pacificatum est ex Cacho RR. Mans: Insigne Capitulum commendavit Procuratoriæ Suæ, ut quod nondum est restitutum, eidem Cacho procuret quantocyus in Auro restituere

Casa Chmetonalis in Lojowice

In hoc negotio anterius Decretum innovatum cum hoc adjecto, ut cum novo Possessore hujus Domus Contractus

fiat, quo obligetur intractu aliquot Annorum Capitulo exsol: vere quantum pro eadem Domo debitum.

Calculus Procuratoria

Lectis Rationibus Annualis Proventus tam Perceptarum quà Expensarum in Tabellas Summaria per Perillustres Canonicos Calculatores deputatos exhibita, contestata, gratitudine Illustri Canonico Procuratori pro suscepto labore Insigne Capitulum Eundem ad idem Munus obeundum elegit et confirmavit.-

Interesse A.R. Zagrodzki

In hoc casu resolutum est, ut inter se componant, et quidquid inter se compactaverint, approbationi Insignis Capituli sub: jiciant.

Præsentia pro hoc Anno ut in præterito Anno.
Consolationes ut in præterito Capitulo.
PP. Reformatis et Dominicanis talis Elemosyna ut in an: teriori Capitulo assignata.

Capitulum Imanda

Die 25 Aprilis 1807 Anno, præsentibus Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Grathowski Canonicis celebratum.

Argenteria timbranda.

Quandoquidem non solum profana et privata, sed etiam Ecclesiastica Sacra Suppellex in auro et argento legi timbri per Cæs: Reg: Edictum est subjecta, terminusq; huicce exeeu: tioni præfixus, ultima currentis Mensis elapsurus immi: neat, occasione quæ favorabiliter indultum sit adhuc, ante: quam Commissio a Regimine Politico delegenda, ad illustran: dam et timbrandam ejusmodi suppellectilem condescendent, ip: sam universim ponderatam ad Officium Circulare consi: gnatam porrigere. Hinc Insigne Capitulum interesse i: stud ponderationis argenteriæ omnis in hac Collegiata re: peribilis, et ejusdem ad præfatum Circulare Officium con: signationis ante ultimum hujus Mensis omnino effectuanda

prout est demandatum A.R. Vice Custodi, præcommisit ac injunxit

Capitulum Emanale

Die 16 Maji Anno 1807. Præsentibus Perillustri Josepho Lisiewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Grathowski Canonicis celebratum.

In Quo

Illustris Josephus Jobkiewicz in Communitate R.R. Vicariorum ad hanc Collegiatam Emeritus et ad præsens in Hospitali Sacerdotum senio confectorum institutus Præpositus, de Gratia Illustrissimi excellentissimi et Reverendissimi Domini Andreæ Rawa Gawrońshi Episcopi Cracoviensis Sacratissimæ Cæs: Reg: Apostolicæ Majestatis Intimi Consiliarii mediante Suo decreto de date 21. Aprilis a.c. sub Nro 171 emanato, ad prærogativas Canonicales in hac Colegiata, seu usum Rocheti, Mantoletti, et majoris Altaris, per consequens et in Choro Stalli elevatus, in possessionem ejusdem Stalli Canonicalis a cornu Epistolæ sibi designati, ea unanimi voto sui Capituli extitit intromissus sive installatus. —

Capitulum Generale

Die 3a Mensis Junii 1807 Ao Praesentibus Illustrissimo Joanne Cantio Lenczewski Archidiacono, Perillustri Reverendissima Josepho Lisikiewicz Cancellario, Illribus Antonio Sobczyńshi, Josepho Popiel, Vincentio Piaszyńshi, Gabriele Białobrzeshi, Antonio Grathowshi, Stephano Szydłowshi.-

Excusatio Absentium

Reliqui omnes DD. Capitulares absentes pro excusatis per Suum Capitulum sunt agniti.-

Reparatio Tecti Ecclesiæ

Reparatio Tecti continuatur et ad finem deducitur.- Illmus Dominus Archidiaconus et Prases Capituli obtulit 500 ℔p pro continuatione hujus reparationis, Cui pro hoc beneficio Ecclesiæ sub prætito Insigne Capitulum summas gratias agit.

Summa 20000 ℔p in Generalitate Judæorum.-

Decretum anterius conseroatur.

Decima in Szewce.

Decretum Capituli in suo robore conservatur.

Decima Fundi Mydłów.

Retulit Illustris Cn. Administrator quod pro Decimis ex Mydłów Anno praterito per Præfecturam Osiecensem divenditis Summa 1000 ℔p ad manus Sui est reposita, ex qua obligationes et onera tam ad Cæsam Cæs: Reg: quam ad Procuratoriam Capituli exsolvit- reliquum. penes Se retinet- Jam autem quomodo dicta vendentur, hæcce Decima, ignorat.-

Canonicatus Fundi Radoszycka

Retulit P. Illustris Administrator, quod ex Decimis fundum Radoszyce respicientibus per Circulum Vielcen: divenditis percepserit 83 Rng: ex quibus offert Se pro uno Anno ad Procuratoriam exsoluturum concernentias.

Administratio Fundi Præpositure seu solutio Concernentiarum ex Præpositura.

Retulit Illustris Administrator Se nihil hucusq egisse pro exsolutione concernentiarum ex hoc Fundo Procuratoriam respicientium, sed eum ex Procuratoria habebit Sibi porrectam,

quas debeat expetere, a Circulo curabit, in quantum poterit has concernentias vindicare. Insigne Capitulum commendavit Procuratoria extraditionem Consignationis Concernentiarum et Illustrem Administratorem obligavit ad vindicandum.

Debitum apud Jagniathowski

Pro memoria annotatur.

Revisio Bibliotheca

Ulterius commendatur Illustri Canonico Sobczyński qui suam offert promptitudinem.

Ecclesia in Samborzec.

Refert Illustris Canonicus Procurator quod reparatio Ecclesiæ in Samborzec continuatur et effectuatur.

Granarium muratum.

Retulit Illustris Procurator hucusq nihil factum, sed finita reparatione Ecclesiæ reparabitur et granarium muratum.

Summa Capitalis 1000 ℔ ex Przepiórów

Retulit Illustris Procurator hanc Summam hucusq hærere in Deposito Cæs: Reg: Cracoviensi.—

Summa Capitalis 5000 ℔ de Szumsko.

Retulit Illtris Procurator, quod ad mandatum Inclyti Circuli Radomiens:, ut hæc Summa levetur ex Bonis Szumsko una cum Provisionibus, data sit Plenipotentia Jo Antonio Mlar: czewski Bonos Villæ Rzeczyca, Mokra Hæredi hanc Summam recipiendi, et super Bonis suis inscribendi ad Quem effectum commendavit Eundem Inclyto Circulo Radomiensi sed nihil hucusq subsecutum

Concernentiæ ex Scholasteria.

Respectu Concernentiarum ex Scholasteria commendatur hoc negotium Illtri Cnco Sobczyński præcipue, ut cum Dño. Nuncio Apostolico conferat, atque in Actis Præfecturæ Punctum evolutionis concernentiarum inveniat.—

Opoczka.

Commendatur Illtri Procuratori, ut calculationem ex Anno currenti pro futuro Capitulo habeat in paratis.—

Summa Capitalis 6000 ℔ in Opoczin

Retulit Illtris Procurator, quod ad Excelsum Cæs: Reg: Forum

Nobilium notam porrexerit respectu Provisionis ab hac Sum: ma. Capitulum respiciens: usq nunc non exsoluta, sed ad hanc recepit revolutionem nihil concludentem; proinde Insigne Capi: tulum commendavit Per Jltri Cnco Raszynski, ut in eodem nego: tio ac etiam in Negotio Summæ in Generalitate hæreng: ac eti: am respectu Decimæ in Szewce cum Mro Olszewski adjuncto Fisci Regii conferat, et quod necesse viderit faciendum nomine Sui Capituli ~~per Procuratoria~~ agat.

Catechesta.

Insigne Capitulum obligavit Jltrem Cnum Straszewski Catechi: tam, ut pro futuro Capitulo, referat, quantum ea assignata Sibi Quota scilicet 800 Fp. hoc Anno receperit.

Interesse AR. Zagrodzki.

Circa Relectionem Decreti permittentis AAR. Mansionariis dimit: tendi in Tenutam Triennalem aR. Zagrodzki Villas Okalina et Goy: cow lecta est Nota RR. Administratorum Mansionariorum, quod huiusq ea currenti Anno, non sint satisfacta, pro suo labore, quare, cessatum est ab AR. Zagrodzki, num Contractum præcedentes solemnitates in Decreto Anni elapsi in Capitulo Generali Junii: exarata adim: pleta? et quare non sit solutum huiusq Contingens RR. Administra: toribus. Cui respondit ad 1um Nihil antecedens Contractum effectua: tum et etiamsi neque Contractus Arendatarius favore sui subscriptus, jam autem quod attinet RR. Administratores his paratum se esse ad persolvendum quotas non quidem integras Eos hoc Anno spectantes, nam prius Calculandum quanta ~~fuit~~ expensa ~~dant~~ tam pro ædificiis quam pro Contribu: tionibus, et aliis fundum respicientibus, et post discernendum quanta quem spectabit Quota, residuum vero extradendum, et ut eaqus pacificentur RR Administratores ex nunc cum Ipsis combinationem se facturum ob: tulit. Insigne Capitulum volens pacatos habere RR. Administratores cum Eis combinationem ex nunc faciendam decrevit, et Relationem de his futura Sessione Sibi fieri voluit jam autem ad Calculationem cum AR. Zagrodzki, tum Inventarium de novo conscribendum, Revisionemq totius Fundi Mansionariorum faciendam, et reliqua Puncta Anno elapso in Decreto exarata adimplenda Jltrem Canonicum Raszynski Canonicum Suum, cum Jltri Josepho Jobkiewicz deputavit, et facta Relatione Sibi de pacificatis, pro interim RR Administratoribus, in suo Decreto perstitit, quia post

Relationem à Deputatis concludendum in partiali Capitulo declaravit, ad quem effectum vigorem generalis Capituli reservavit.-

Argenteria Symbranda.

Retulit Jltris Procurator quod consignatio Argenteriæ transmissa sit ad Circulum Radomç:, sed certificatum nondum receptum.-

Granarium in Kamień.

Retulit Jltris Procurator hoc Granarium esse inutile ob difficilem aditum ad illud, proinde potius in alium locum faciliorem ad aditum transferendum proposuit Insigne Capitulum ad faciendam revisionem hujusce Granarii Jltrem Rdm. Canonicum Sobczyńskii cum Jltri Vice Procuratore et adhibendo ligni Fabro ante omnia designavit.-

Adm. Rndi Vicarii.

Rdi. Vicarii ejusdem Collegiatæ retulerunt Se velle in tenutam triennalem dimittere Villam Ublinek, adeoq Consensum ad id Insignis Capituli omnino necessarium petierunt.- Insigne Capitulum permisit dimittere in Arendam præfatam Villam.

Admissio R. Przysiwkowski ad Hospitale Sacerdotum.

Reverendissimus Cancellarius commendavit Ins. Capitulo ad Hospitale Emeritor: R. Przysiwkowski- In cujus commendatione perstitit Ins: Capitl. et eundem R. Przysiwkowski a Die Sui Adventus pro admisso declaravit.

Assensus Capituli ad dimittendum Contractum per Procuratoriam conscribendum favore etc.

Consolationes et Elemosynæ ut in præterito Capitulo.-

Capitulum Septimanale

Die 8va Augusti 1807 Anno. Præsentibus Perillustri Josepho Lisiecki Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, et Antonio Grathowski, Canonicis celebratum.

In Duo.

Ad postulatum favore Ingenui Xaverii Xiski, in Gymnasio Sandomç: 5tæ Classis Studiosi, ut pote ad Statum Spiritualem aspirantis, et habitum Clericalem assumere exoptantis, benetam de profectu in Literis quam de probitate morum per Dnum Pro-Rectorem præfati Gymnasii commendati; ut idem in Alumnatu

Clericorum ad hanc Collegiatam, postquam assumpserit cleri-
calem habitum, suo tamen mensa sumptu, ad Annum, commane-
re possit, inductum. –



Capitulum Generale. Die 8ona Mensis Septem-
bris 1807. Annô. Praesentibus Perillustri Rendissimo Dno
Josepho Siwickiewicz Cancellario, Illustribus, Hyacintho Kochan-
ski, Antonio Sobczyński, Vincentio Ptaszyński, Gabriele Bia-
łobrzeski, Antonio Gratkowski, Antonio Łakrzewski, Canonicis
celebratum. —

Excusatio Absentium.

Reliqui Omnes DD. Capitulares, ut potè Illmi Decanus & Pri-
micerius, Qui, licet nullatenus suam excusaverunt absentiam, atten-
tis tamen modernis circumstantijs, bene videntur mereri excusa-
tionem. Jam autem Perillustres Canonicus Paulum Olechow-
ski et Duchet nota suo Capitulo excusat infirmitas, Josephus
vero Popiel et Stephanus Szydłowski, qui per suos internun-
tios Sese excusari procuraverunt, pro excusatis sunt admissi.

Calculatores.

Illustres Canonici Antonius Sobczyński, et Antonius Grat-
kowski à Suo Capitulo sunt impetrati. —

Cultus Divinus.

In materia ejusdem Cultûs advenitur defectus R.R. Vicario-
rum, quem Illustris Canonicus Vice-Praepositus, uti ratione hu-
jus defectûs ad Stubam Capitularem invitatus, facta cum Eo-
dem collocutione de dicto defectu, certioravit fore supplendum
per aegrum duorum Individuorum, nunc Subdiaconorum.
Opus tantum erit, ut pro Iisdem ad altiores Ordines promo-
vendis, tam ad Excellentissimum Loci Ordinarium pro Dispen-
satione, ut extra etiam tempora ordinari possint, quam ad
Illmum Episcopum Smolenscensem, uti Praelatum hujus
Collegiatae, ut ipse in casu, si ob legalitates per Suum Excel-
lentissimum Ordinarium ordinari non possint, Eosdem
Subdiaconos dignetur ordinare, ex parte & Nomine Sui Ca-
pituli intercedatur. Quam intercessionem promovendam,
rogatus Perillustris Cancellarius inse suscepit. —.

Reparatio Tecti Ecclesiae

Per Illustrem Canonicum Procuratorem ad effectum deducta,
Et in Continenti cum Idem Illustris Canonicus Procurator retulit,
ultra eandem reparationem Tecti remansisse Lamine in filiuris
totalibus Pondo alias pondo Mre 245. in fragmentis autem ab-
scissis Pondo Dc — Mre 573. Proinde Lamina servan-
das et fragmenta commutanda, ut in casu deteriorationis in
aliqua parte Tecti Lamina ad Manus haberi possit. —.

Summa 20000mr /pp. in Generalitate Judeorum.

Decretum anterius pro memoria conservatur. —

Decima

Decima in Szewce.

Ratione hujus Decimæ Decretum anteriùs Sui Capituli in-
in suo robore conservatur. —

Decimæ Fundi Mydłow.

Ex hoc Fundo obligationes ad Procuratoriam usque ad Mensem
Septembrem 1807. sunt exolutæ per Illm Canonicum Admini-
stratorem. Jam autem, ut Concurrentiæ pro Anno futuro Pro-
ratoriæ exolvantur, curæ et sollicitudini Illustris Canonici Ad-
ministratoris Insigne Capitulum commendavit. —

Canonicatus Fundi Radoszycka.

Illustris Canonicus Administrator Concurrentias pro Tribus
Annis nempe ad Mensem Jbr 1807 ad Procuratoriam exolvit.

Administratio Fundi Præposituræ seu Solutio Con-
currentiarum ex Præpositura.

Ratione Concurrentiarum Fundum Præposituræ adjacentium
Decretum Anterioris Capituli innovatur seu conservatur. —

Debitum apud Jagniatkowski.

Pro memoriæ adnotatur. —

Revisio Bibliothecæ.

Quod non factum, fiat tempore commodiore. —

Ecclesia in Samborzec. —

Reparatio Tecti effectuata; quæ autem ad Scissuras in muro
hac omnino reparandæ per Procuratoriam. Quod vero altiori
internum decorem ejusdem Ecclesiæ Retulit Rendmus
Cancellarius, Unum Altare à latere existens B.V.M.æ prorsus
abjiciendum et aliud exstruendum, hoc puncto lectum est De-
cretum Anni 802. in Capitulo Septimanali 20. Junii ex
insinuatione Perillustris Canonici Kochańskiego latum, in
quo habetur gratiosa Contestatio Ejusdem Perillustris Ca-
nonici: quod, quamprimum Tectum Ecclesiæ novum daretur, et
Scissuræ reparatæ fuerint, Ipsemet ex proprio interno
decorem procurabit quâ Parochianus Ejusdem Ecclesiæ.
Proinde Insigne Capitulum commendavit Illustri Pro-
ratori hanc contestationem, commemorandam. —

Granarium Muratum.

In hoc Granario, quod non est factum, fiat.
Summa 1000 fl. ex Przepiorów, una cum Sum-
pitali 5000 fl. de Szumsko.
Commendatur Procuratoriæ Locatio harumce Summarum
super Bonis, quibuscunque mundis et liberis. —

Concurrentiæ

Concernentia ex Scholasteria.

Decretum in hoc negotio anteriores Capituli innovatur.

Bona Opoczka.

Calculatio injuncta, per Illm Cancum Procuratorem est porrecta, per Illustres Canonicos Calculatores lustrinata et subscripta, ac per. Insigne Capitulum acceptata. —

Summa Capitalis 6000 sp. in Osolin.

In negotio hujus Summæ, ac alterius 2000 sp in Generalitate Judæorum hærenę, tum etiam Decimæ in Szewce: prius tamen actus Dismembrationis Abbatiæ Koprivnicensis conquirantur: Insigne Capitulum Illustrem Canonicum Strzyżki, ut, quod necesse viderit faciendum, nomine Sui Capituli agat, rogavit. —

Cathechetæ.

Retulit Illus Canonicus Strasz, se pro una Ratha per Communem Patrem Mansionariorum esse satisfactum. —

Interesse AR. Zagrodzki.

Retulit AR Zagrodzki quod hucusque non sint Regestra Calculationis ex munere suæ Procuratoriæ confecta, et ideo ad sex hebdomadas Prorogationem petiit. Insigne Capitulum suspendendo omnia ad productionem perfectæ Calculationis per AR. Zagrodzki, eidem tempus ad conficienda Regestra ad Sex hebdomadas prorogavit, et Capitulo Septimanali vigorem Generalis ad resolvenda omnia reservavit. In continenti Illus Strasz Canonicus, AR. Mansionariorum Procurator referendo de conflagratione Holodiorum in Okalina nomine Communitatis rogavit, ut Insigne Capitulum ex Cacho AR. Mansionariorum quantum aliquod designare dignetur, Insigne Capitulum Turcos 65. ab olim AR. Babichi receptos, extradendos constituit, Salvo calculo Septimanali Capitulo, de expensatis in rem exhuendorum Holodiorum, reddendo. — " —

Argenteria Tymbrata.

Retulit Illustris Canonicus Procurator Argenteriam tam hujus Ecclesiæ, quam Filialis in Samborze jam esse tymbratam Lublini 31. Julij AC. et quia ex hac pro Solutione tymbri ex punctum in Consignatione scorsiva per Commissarium Tymbri subscripto, demonstravit. Insigne Capitulum istam Idem Consignationem tam Ecclesiæ Collegiatæ quam Filialis in Samborze conservandam in Archivo Sui Capituli, et Argenteriam pro exsolutione Tymbri reditam in Inventario specifice adnotandam commendavit. Horloco hac intulit Reverendissimus Cancellarius, quod Argenteriam suæ Ecclesiæ S. Pauli pro Tymbro parato Decalio persolvit in sp. 65 grossos hac autem ratione, quod in Saterali habeatur —. Si autem Ecclesia aliqua habeat suos

Scorsivos

scersiones Proventus exhis pro Symbro solvene, Quare cum cum Eccleseae S. Caule Proventus sint super Summa in Lazizenze inscripti, et in Procuratoria Capituli deponi soliti, proinde ex his exolvendum duxit, et exolvit. Idcirco, Sibi hanc Summa ex his restitui petiit. Insigne Capitulum petito annuit, et Procuratorie suae exolvere hancce Summam commendavit.

Granarium in Kamien.

Quoniam ob debilitatem Illustris Canonici Sobczynski Revisio hucusque non est effectuata, ideo captato tempore per Illustre Canonicum Grabowski cum Procuratoria ut effectuetur Insigne Capitulum Eundem Illm Canonicum impetravit. — " "

Admissio ad Alumnatum in Domo Emeritorum —

A.R. Andreae Suferyński Commendarij quondam Eccle. Sae in Pawlowice. —

Rendissimus Cancellarius produxit Epistolam Rendmi Dni Bendowski Canonici Cathedralis Cracoviensis qua Delegati a Suo Rendmo Capitulo Cathedrali exponens, ut AR. Andreas Sufczyński ad Ecclesiam Filialem Pawlowiensem Emeritus Commendarius ad Hospitale Sacerdotum Emeritorum hujus Loci admittatur Insigne Capitulum huic Petitioni libenter adsensit. —

Psalteria Perceptae et Expensae

Quoniam patet ex Perceptis et Expensis, majores esse Expensas Perceptis ideo Insigne Capitulum Illustri Canonico Procuratori qua Commissario commendavit, ne amplius quid R. Tudorius erogetur, quam est Decreto 801. Anni in Capitulo Generali Junii ordinatum, eo magis Decima de Mierzano vice non per ipsum in rem Sui, sed per Illustrem Commissarium in rem omnium Psalteriae dividendam, et quid pro Elevatione Mansionum Psalteriae percepit, id Illustri Canonico Commissario reponere tenetur. —

Calculus Procuratoriae

Lectis rationibus Annualis Proventus tam Perceptarum quam Expensarum in Tabella Summariae per Illustres Canonicos Calculatores Deputatos exhibita, contestata gratitudine Illustri Canonico Procuratori, Insigne Capitulum Eundem ad idem munus obeundum impetravit et confirmavit. — —

Praesentiae pro hoc Anno, ut in praeterito —

Consolationes, ut praeterito Capitulo. — —

Elemosina.

Patribus Reformatis et Dominicanis tum etiam Pauperibus ut in Anteriori Capitulo. —.

Capitulum

Capitulum Septimanale Die 13 Februarij 1808. Pre-
sentibus Perillustri Josepho Lisikiewicz Cancellario Ga-
briele Biatobrzeski, Antonio Grathowski Canonicis Cele-
bratum.

Administratio Canonicatuum Fundi Mydlow et Fun-
di Radosyce. —

Secuto hisce diebus inopinato, repentinoque Obitu Illustris Cano-
nici Sobczynski dictorum Canonicatuum Vacantium Admi-
stratoris, maximi interesse censuit, et censet Suum Capitulum
acquirere notitiam: Utrum Idem Defunctus ex Sua hacce
Administratione quam Sibi et primo post fata olim Illi Cano-
nici Wrzosek, Primitivi Canonicatus Fundi Mydlow Admini
stratoris in Anno 803 praecommissam a Suo Capitulo habu-
it, decerit aliquando Regimini Politico rationes? Etiam ad
Cassam CA. Circularem restantia, ultra Expensas, in quantum
resultarunt, importaverit? Sive aliquid ex Proventibus tam
primi, tum alterius Canonicatuum per se Administratorem
ad Suas manus perceptis, penes eundem defunctum Admini-
stratorem non remanserit. Idoque, cum primum innotuit
Suo Capitulo de hoc Obitu, illico sine mora Illustris
Canonicus Procurator ad locum, videlicet ad Villam Sine-
gom, ubi defunctus Parochum agens habitabat et obijt, se
contulit, talem pernecessariam Notitiam, ex Domesticis, sive
ex monumentis relictis quaesiturus. Verum, cum nullatenus
Domesticis allegantibus Suam ignorantiam, Consanguineis
autem praesentibus, revisionem monumentorum, tanto ma-
gis extraditionem eorundem negantibus, ita referens ip-
hodierna Sessione Capitulari Idem Illustris Canonicus Procu-
rator aliquam de premissis capere potuit notitiam. Hinc
Suum Capitulum, ante omnia, Eundem Illum Canonicum
Procuratorem, quatenus cum Magnifico Camerario No-
vali: cujus Adventus hic Sandomiriae his diebus, ut certus
expectatur: hoc in negotio, et in his circumstantijs conferre,
non intermittat, ipsumque, ut circa Obsigillationem derelicto-
rum, monumenta, et quaevis notata, ad Administrationem
tam praefatorum Canonicatuum, quam et Praepositurae
hujus Collegiatae, cujus etiam Idem defunctus fuerat Ad-
ministrator, quomodolibet sese regulantia, in ratione habeat
caque omnia conquiri, et Suo Capitulo extradi non renuat,
exposcat, tum Admodum Rndum Suum Secretarium, ut
potè apud Officiales Circulares bene positum. Quatenus
idem A.R. Secretarius curam in se susciperet expediendi
oraliter, si hoc commodè posset, vel per suas Literas mis-
sivas, tam ex Officialibus Cassae Circularis. Utrum ad
eandem Cassam stante sua Administratione Defuncti

aequa

eque de Proventibus Canonicatus Fundi Maydow, ac alterius Canonicatus Fundi Radosyce. de cujus alterius istius Canonicatu Proventibus percepisse Defunctum ad suas manus fr. 83. Acta Sui Capituli indigitant. / aliquid. et ex quibus Annis importaverit. quam ex Cancellaria Officij Circularis de et super eo: Utrum rationes aliquas. et de quibus Annis. Idem defunctus ex sua Administratione, utriusque eorum premissorum Canonicatuum Suo Jndyto Officio Circulari exporrexerit. Summopere Suum Capitulum obligavit; ad extremumque; aut Jllus. Canonicus Procurator de horce, eventu, ac de omnibus circumstantijs Jndyto Officio Districtuali Opatovien. referat, Quatenus et Jpsum ad providendum securitati hujusce enati interesse Arrivalis actedat. Eidem Jllustri Canonico Procuratori Suum Capitulum inculcavit. maxime.

Capitulum Septimanale Die 14. Maij 808.
Presentibus, Perillustri Josepho Lesickowicz Cancellario, Illustribus, Gabriele Bialobrzeski, Antonio Gravrio, Kowalski Canonicis Celebratum. —

Ad Relationem, intuitu secutæ Vacationis Canonicatus, Concionatoræ in hac Collegiata, post decessum olim Jllus Stephani Szydłowski, illius ultimi et immediati Josephorio, Jllmo Consistorio Generali Kielcensi nomine Sui Capituli factum, cum emanatus sit, ab eodem Jllmo Consistorio dto. 13. Mensis immediate preteriti de. No. 294. ex motivis bene fundatis Resolutio; Vi cujus, Electio Novi ad hanc Vacantiam Jndividui de Jure Suo Capitulo competenti, ac Presentatio est insinuata; Hinc Capitulum procedendo ad hanc Electionem, inhærendo suo Capitulari Statuto de modo eligendi prescripto; ante omnia Literas Jnnotescentiales pro Concursu, ad Secularem Cleri, fine probandæ ad id Officium Suæ idoneitatis in forma solita extradendas, et Valvis suæ Ecclesiæ affigendas decrevit. Et dein secuta Probatione per unum et alterum per Unumquemque ex Concurrentibus dicendam diebus Festis et Dominicis Concionem, ad ipsam Electionem Unius ex Jisdem Concurrentibus, magis probati, in proxime futuro Generali Capitulo, accessurum se declaravit. — —.

Capitulum Generale. Die 3tia Junij 1000 Ao. Praesentibus Rr. illustri Josepho Lisikiewicz Camellario, Illustribus Hyacintho Kochanski Vincentio Raszynski, Gabriele Bialobrzeski, Antonio Gatkowski, Perillustri Francisco Zalrzewski Cathdli Cracovien, Coadjutore Canonicis celebratum.

Excusatio absentium.

Praeter Perillustrem Canonicum Popiel, qui absentiam suam à praesenti Generali Congressu, Literis huic missivis ad Perillustrem Camellarium directis excusare rationibus legalibus non intermisit; alij DDni absentes Capitulares, licet quidem nec per suas Literas, neque interventialiter aliquis eorum suam excusavit absentiam, et benigna tamen hui Capituli interpretatione, omnes in hodiernum pro excusatis sunt admissi et declarati.

Cultus Divinus.

In objecto Cultus Divini: maximam rationem habendo Insigne Capitulum, quod Clerus pene universus hujus Ecclesiae, Diebus Festivis et celebribus, solent abesse ab audiendis concionibus, Missis Summis, thurificationibus aliisque tempus earundem Missarum peragi solitis. Hinc, ut omnes omnium Communitatum Presbyteri, praeterquam, si adjuvent se concursu Populi ad confitendum audientis, necessitas postulat eumpandi confessionalia, ut toto tempore Missae Summae in Choro suo, et in concionibus adesse non intermittant exceptis: Quod quis interesse habens, veniam abeundi à Praelato, sive alio Canonico Seniore prius in Choro praesente obtinuerit, praesenti Capituli sui ordinatione maxime astringuntur.

Delegatio ad Illmum et Excellentissimum Pastorem.

Ad inchoationem moderni Generalis Capituli prima aue occurrit animis Nostris obsequium debitae reverentiae Excellentissimo Illmo et Rndmo Domino Loci Ordinario hujusce Diocesis Kielcensis, quâ Pastori Nostrum, contestandum. Quamvis enim unusquisque Nostrum, statim, ac innotuit Nobis Nostram Collegialem huicce Diocesi adscriptam esse, flagrabat sincero desiderio eidem persolvendi officia subjectionis ab hoc Nostro Collegio suo Excellentissimo Pastori; tamen cum primum hoc Generale Capitulum post Ediviionem Diocesis celebratur: ad quod Deo nobis favente, duotquot / decrescente quotidie numero Capitularium / condescendere potuimus, Delegationem quantocyus expediendam censuimus; atque in Delegatos Nostros Perillustres Romum et Rndum Rndum Josephum Popiel Canonicos hujusce Collegiatae invitavimus; Commendantes eidem: ut primo capto opportuniori tempore se Kielcis os conferant, ibidem Excellentissimum Dominum Pastorem Nostrum in Sede sua salutantes nomine sui Capituli debitam obedientiam et reverentiam contestentur; apprecantes omnia faustissima erga longevam inoolumitatem; posciantq. enixissime Excellentissimum Dominum, ut hanc tam venustam Basilicam ab Augustissimis Regibus Poloniarum in prima consideratione habitam, pluribusq. insignibus Beneficijs auctam, ob sui majestatem; et quod de numero quondam Capitularium plurime in primis Cathedris Ecclesiae, ubi Heroes desideratissimi, Orbig. Polono amplissimum Deus, effulserunt. Et quibus gloriari licet, etiam inter Sanctos in Coelis compertali, ut tales in terris colantur, celebrem; à Seculis Insignem proclamatam; speciali favore

ciali favore suo prosequi semper dignetur. Exponantq. Excellentissimo Domino Va-
stori; Quæ ad sui conservationem in primo splendore, vel potiori, qualis nunc si da-
ri potest, cordicitus à Nobis desiderantur. Cæterum Zelo, prudentiæ et activitati
DD. Delegatorum in tractando cum Excellentissimo Domino relinquimus; spe-
rantes ab eis omnia pro bono hujusce Collegiatæ progressu, insignia exornatos.
In quorum fidem præsentes manu Rmi Cancellarii Præsidis hujus Capituli sub-
scriptas, Sigillo majori Capituli munitas dedimus in loco Capitulari Anno &
die, ut supra.

Restans Lamina.

Annotatam in actis Anteriori Generalis Capituli laminam de numero librorum
integram tam in suis foliis, quam in fragmentis, nedum secuta injuncta com-
mutatione fragmentorum, conservari adusque retulit Illustris Canonicus Pro-
curator. Quæ commutatio ad effectum deducenda iterum eidem Illustri Canonico
Procuratori commendata.

Summa 20ma fp. in Generalitate Fundorum.

Consultatio de promovendo interesse hujusce summæ, ulteriori adhuc tempori re-
servatur.

Administratio vacantis Præposituræ.

In locum olim Perillustris Antonij Sobczyński Canonici hujus Collegiatæ, an-
tecedanei vacantis Præposituræ hujus ~~Collegiatæ~~ Ecclesiæ Administratoris, Anno
præsenti defuncti Capitulum Perillustrem Vincentium Raczyński suum Cano-
nicum constituit; ipsiq. quæ ejusmodi Officio sunt annexa et incumbunt, ge-
renda et exequenda insinuavit.

Administratio Canonicatûs Fundi Turbia.

Post mortem olim Perillustris Antonij Sobczyński Canonici hujus Collegiatæ
Fundi Turbia, Anno præsenti defuncti Capitulum Perillustrem Vincentium Ra-
czyński suum Canonicum ~~Fundi hujus Administratorem~~ constituit; ipsiq. quæ ejusmodi Officio sunt anne-
xa et incumbunt, gerenda et exequenda insinuavit.

Administratio Canonicatûs Fundi Radoszyce.

In locum olim Perillustris Antonij Sobczyński Canonici hujus Collegiatæ ante-
cedanei vacantis Canonicatûs Fundi Radoszyce hujus Ecclesiæ, Administratoris
Anno præsenti defuncti, Capitulum Perillustrem Vincentium Raczyński suum
Canonicum Fundi ejusdem Administratorem constituit; ipsiq. quæ ejusmodi
Officio sunt annexa et incumbunt, gerenda et exequenda insinuavit.

Administratio Canonicatûs Fundi Mydlow.

Vacantis Canonicatûs Fundi Mydlow, cujus ante administrationem habuerat
olim Illustris Canonicus Sobczyński, ad præsens, post ejus decessum, Illustri
Canonico Procuratori Gabrieli Białobrzeski, ejusmodi administratio est præmissa.

Debitum apud Jagniątkowski.

Cum ad notitiam hui Capituli pervenit, Quod Successores dicti Debitoris de
prædio in Gierlachow juris proprietatis se se convertentis cum Dno Ziołkow-
ski in ordine ad venditionem eidem transigant, Insigne Capitulum præmo-
nendum eundem Dnum Ziołkowski de suo debito Illustri Canonico Procuratore
commendavit.

commendavit, et Documenta ad idem debitum spectantia conquirenda et presto habenda incaluavit.

Revisio Bibliothecæ.

Inchoatio jam per Illustrem Camellarium conscriptionis Librorum Bibliothecæ, continuatio ulteriori tempori reservata.

Ecclesia in Samborzec.

Quæ in eadem Ecclesia reparatione indigent, reparari non intermittenda commendatum. Quod vero spectat Altare Ssmæ V. Mis, illius de novo constructio exigenda indilate, Procuratorice injuncta; casaq: ibidem in Samborzec Colonia varia contectione indigens, ut pariter indilate integratur, dispositum.

Granarium muratum.

Quod non factum, fiat, idq: solidissime; adhibitis nempe materiabus, sive asseribus solidis.

Summæ Capitales in Przepiorow et Sumsko.

Binæ Summæ Capitales, altera in Przepiorow 1000 fp. et altera in Szumsko fp. 5000. de Bonis ijsdem, in quibus primitive inscriptæ erant, mediantibus debitis Judicialibus, levatæ, et ad depositum judiciale Excelsi Ordinis Nobilium Cracovien consignatæ; cum nunc apparent, et presertim prima in Przepiorow Summa 1000 fp: insolute; proinde intuitu earundem Summarum informatio de processu, quemodo respectu illarum tum ab una tum ab altera, videlicet, politica, seu Circulari Instantijs disponebatur, quam accuratissima Mgco Walter submitti, Procuratorice commendatum.

Conventus et Scholasticia.

Negotium istud, uti jam ante commendatum Procuratorice, iterum idem commendatur, quatenus ad Officium Circulare in eodem negotio veniret.

Bona Opoczna.

Circa administrationem horum Bonorum: reservata calculatione proventuum ad futurum Generale Capitulum: idemmet Illustris Canonicus Procurator conservatur. Quo vero ad trajectum et propinationem. Utrumq: istud. interim aliter in tenutam annualem, in rem Domini, Radoscien; quousque ejusdivisio Bonorum inter Successores non fuerit subsecuta, pro Summa, quæ jam offertur, nisi major adhuc proponi et obtineri possit, dimitti; Insignatum tulum concluserit.

Summa V.ti fp. in Osolin.

In negotio hujus Summæ, sive census à pluribus annis pro eadem relenti: magnificum Walter; ut opera sua vindicationem ejusdem census procurare dignaretur. quod et approbavit ipse; et relatione Illustris Canonici Procuratoris constitit esse implioratum. Quod annotatur.

Calculatio incumbens Hrdo Zagrodzki

Ob infirmitatem ejusdem Hrdi Zagrodzki, eadem calculatio ad convalescentiam illius differtur. Quoad constructionem hollodionum: Quoniam ex indultis 65 & nihil est eo fine acceptum, et bene nunc potest constructio hui fieri de proventibus sue Communitatis; proinde ad eadem proventus se referat eadem Communitas, et ex ijsdem ulteriorem pernecessariam constructionem prosequi et continuare

tinuare ne intermittat.

Granarium in Kamieni

Quod non factum, fiat.

Bona Opoczka.

Licet quidem Bona hec, prout supra, dimissa sunt in administrationem Illustris Canonico Białobrzeski, quia Procuratori; ipsa tamen servitura sunt in rem et usum ejusdem Illustris Canonici Procuratoris cum omnibus emolumentis; idq; pro pretio annuali cum eodem ad triennium capitulariter compactato fp. 5400_ Exclusis contributionibus Dominicalibus & Procuratoria persolvendis; ad quorum Bonorum revisionem Perillustris Cancellarius est impetrabes.

Prædium in Kamień

Prædium istud in triennalem tenutam pro annuali quota fp 1300 dimittitur; ~~prædia~~ Illustri Canonico Jatkowski, prævia revisione ejusdem Prædij et Inventarij peragenda; ad quam revisionem Perillustris Canonicus Vtus Lyn. Hii est impetratus.

Prædium Valleriale in Chwałki.

Intulit Rndus Tworkiewicz solus et unicus supervestans Valleriste petitum de dimittendo sibi eodem prædio sub obtentu mensæ, seu victus, quem stante his temporibus magna verum omnium ac victualium caritate ope ejusdem prædij, posset habere faciliorem, et minori sumptu constantem. Insigne Capitulum ex rationibus sibi benevisis, et quod idem Rndus Tworkiewicz aliunde, nempe qua Administrator in Communitate mansionariorum sufficienter sit provisus; illato petito nefas duxit deferri. Sine igitur prædium Illustri Canonico Procuratori, qua Instituti hujus Vallerialis Commissario, habita ratione ejusdem laboriosi regiminis ac fatigiorum in succendis et promovendis Fundi istius negotijs, dimisit pro quota annuali, ut ante; idq; ad futuram ordinationem Loci Ordinarij.

Canonicatus Fundi Mydłow.

Retulit Illustris Canonicus Procurator, qua modernus vacantis Canonicatus Fundi Mydłow Administrator; Quod habeat jam in manibus suis nonnulla Documenta post p. d. Illustrem Canonicum Sobiszyński Antecedaneum ejusdem Canonicatus Administratorem derelicta. ex quibus patet: eundem Defunctum stante sua administratione in Anno 1803 inchota, et duobus annis, ad 24. Martij 1805. de provenibus ejusdem Canonicatus Regimini Politico rationes dedisse, et absolutionum cum assignata sibi remuneratione jam post suum obitum, obtinuisse. Subsequenter vero: Utrum Defunctus idem aliquam ad manus suas pro Anni ejusdem Fundi perceptam habuerit? et utrum pariter dederit rationes. constare sibi nequit; hoc tantum sibi liquidum est, quod conservientias et eodem Fundo huic Ecclesiæ debitas, nempe missalias ad Annum præsentem 1807 inclusive persolvit; non autem pensiones novellas, quæ pro uno anno ultimo ipsius administrationis sunt retentæ. Insigne Capitulum habita ejusmodi relatione, Illustri Canonico Referenti, moderno Administratori; Qualenus capiat noticiam de antecedaneo Administratore; An non remanserit obligatus Erario et suæ ulterioris post primo datas rationes administ-

ratione

strationc; et qualenus relentas novellas pensiones ei eodem Fundo vindicet; commendavit.

Canonicatus Concionatoris vacans.

Cum quotquot adhuc [: pluribus jam extinctis :] in congremio Sui Capituli adhu residentia supersunt Individuus, ea singula satis jam onerata sint administrationjs vacantium in hac Collegiata fundorum muneribus, adeo ut ultro sibi imponenda sustinere non valeant. Hinc in eventu Canonicatus Concionatoris post decessum olim Illustris Stephani Szydlowski, illius ultimi et immediati Possessoris, vacantis; necesse habet suum Insigne Capitulum querere ab extra et invitare Individuum, cui vacantem eundem Canonicatum in administrationem committere possit; atque ideo talem administrationem Rndo Matheo Moszczynski ad Ecclesiam Nam S. Pauli in Antigua Sandomira Cooperatori, uti de sua probitate et habilitate huc Capitulo bene noto; dui etiam ad predicationem Verbi Divini non dubitatur futurus idoneus; precommisit. eo cum addito: ut ipse de hac precommissa sibi administratione, Judicio Cas. Reg. Officio Circulari Sandomiensi referat, et que sibi et eodem Judicio Officio intuitu ejusdem dud administrationis demandata, ordinataq. fuerint, studiose exequi curet.

Alimentatus Clericorum.

Ad illatam resolutionem, que ad querelas Clericorum occasione tenuis et sicci victus, per Capitulum Juvanale sub die 12. Xbris 1807 data, et Illustri Canonico Deposito admanuata fuerat. Qua mediante fp 150. intuitu victus et calefactionis fornacium indulti et determinati erant; Capitulum presens eandem resolutionem ratificando, insuper habita ratione moderne caritatis rerum omnium et victualium, pro curred anno alteros 150 fp. adjiciendos concessit.

Domus Capitularis sub N° 11.

Ad oblationem Perillustris Canonici Nasczynski domus predicta ad usum et commodum illius indulgetur.

Petitum Illustris Canonici Procuratoris.

Illustris Canonicus Procurator, providendo securitati tam munimentorum Capitularium, que penes se retinere necesse habet, quam penali, quid contingit ipsi partibus percipere, petijt concedi sibi mansionem, quam olim Illustris Canonicus Sobczynski in Domo Emeritorum inhabitabat. Capitulum libentissime assensit

Postulatum Successor olim Rndi Dwolinski.

Ad imponendum finem continuis recursibus et precibus ad Suum Capitulum per Successores olim Rndi Dwolinski per suos libellos inferri solitis; Capitulum ad pacificandum unum ex molestissimis ipsis Creditorem, nempe Judeum in Kalina Arendatorem, habita ratione ipsorum defectus et maxime angustie, ac motivo, quid debitum videatur attingere etiam Communitatem Mansionarionum, et cuilibet eorundem fl 30. consignandos indulsit.

Capellista.

Organarius in Annum fl. 240. Jwanicki Senior in Annum fl. 200. Wiewkowski in Annum fl. 120. Tibicines bini, quilibet in Annum fl 90. determinatam pensionem habent.

Consolationes per fl. 144. in Annumquemque DD. Capitularium, pariter in Secretarium et Viceprocuratorem.

Eleemosinae. PPP. Dominicanis ac Reformatis, ut in Anteriori Capitulo.

Pauperibus similiter, ut in Anteriori Capitulo.

Pro Cialibus, Perillustri Comitis Stanislai Grzymski qua Delegato ad Illmum Vicarium fl. 100. determinatis.

Productum die 10. Junii 1800. J. Lisiecwicz C.S. Praesid. Capitli mpp

Capitulum Generale Nona Septembris 1808vo Præsentibus Perillustri Josepho Liviliewicz Cancellario, Illustribus Hyacintho Kochanski Gabriele Białobrzeski, Antonio Grabowski, Reverendo Francisco Ladrzewski Cathedrali Cracoviensi, Coadjutore, Canonicis celebratum. ——

Excusatio Absentium.

Reliqui DD. Capitulares, præsente Perillustri Popiel, qui per Literas nuperas ad Perillustrem Cancellarium directas excusavit suam à præsenti Generali Congressu absentiam, quamvis nemo eorum ullo modo suam excusavit absentiam, ex præsumptione tamen, quod sint legaliter impediti, pro excusatis admissi et declarati.

Cultus Divinus.

Decretum in objecto Cultus Divini in anteriori Generali Capitulo latum innovatur.

Restans Lamina.

Retulit Illustris Canonicus Procurator, laminam in Philuriis, præter alias Philuriam in reparationem tecti Ecclesiæ adhibitam, in reliquo, prout in anteriori Generali Capitulo fuit et est annotata, integram manere. Jam autem fragmenta omnia ad conficiendam ex ijsdem in Philuriis laminam ex commissione cum quodam Judæo Artifice Incola Zaleszczoviensi mediante quodam Literali Domini Loci pro eodem Judæo, esse extradita. Quod annotatur.

Summa 20m ℔. in Generalitate Judæorum.

In negotio hujus Summæ post varias consultationes, tandem Perillustris Kochański, quatenus dignaretur suas ad Magnificum Lakuprich Leopoli circa Supremum Gubernium residentem dirigere literas, est impetratus, et ut idem Perillustris Canonicus plenioremm habere possit de circumstantijs eandem Summam esse regulantibus, notitiam, Illustris Canonicus Procurator ad id effectuandum obligatus.

Administratio Canonicatûs Fundi Mydlow.

Retulit Illustris Canonicus Procurator, quâ Administrator vacantis hujus Canonicatûs per Suam Capitulum constitutus, Decimas ejusdem Fundi, in quibus solitus consistit Proventus illius, per Præfecturam Osieczensem medio Licitationis hoc Anno divenditas esse, Pecuniamq; pro ijsdem Decimis per eandem Præfecturam ad se receptum et ad Cassam Circularem Radomiensem submissum. Quam relationem Capitulum, Eidem Illustri Canonico Administratori, quatenus ad Officium Circulare Radomiense porrigat obligationes ex eodem Fundo ad persolvendum incumbentes, commendavit.

Debitum apud Jagniatkowski.

Effectuatio Anteriorris Decreti intuitu hujusce debiti lati Procuratorie incumbit.

Revisio Bibliothecæ

Ad tempus commodius differtur.

Granarium Muratum.

Decretum in Anteriori Juniali Capitulo de reparatione in hoc granario pavimenti et Suffitti de Aggeribus quam solidissimis innovatur.

Summæ Capitales in Przepiorów et Szumsko.

Quod non factum, fiat, idque indilate.

Concurrentiæ ex Scholasteria.

Decretum anterius intuitu vindicationis earundem concurrentiarum innovatur.

Summa 6m ℔. in Osolin

Episcopus Meus Walter, ad promovendum negotium hujus Summæ ante imploratus, et quo intuitu eidem Documenta ad eandem Summam spectantia submissa sunt, nullam dedit notitiam, forte ob suam infirmitatem.

tatem, de qua semel in suis Literis missivis innuit, Capitulum dirigendas ad Ipsum cum commemoratione negotij hujus Literas, Procuratorice insinuavit.

Calculatio incumbens Rdo Zagrodzki.

Siquidem Andreas Zagrodzki, uti ex relatione Ills Canonici Vice-Procuratoris constitit, incipit de sua infirmitate convalescere, et potest jam prosequi Calculationem, quae ei incumbit ex Procuratoria, quam gessit in seu Communitate Rel. Mansionariorum, proinde Calculatio haec, idque pro futuro Novo Anno proficienda, ipsi maximè commendata.

Aedificia in Okalina.

Retulit Ills Canonicus Straszewski Communitatis RR. Mansionariorum Procurator, bina Hollodia jam esse aedificata in suis Bonis Okalina, in reliquo vero ulteriorem necessariam aedificationem similium hollodiorum, tempori subsequenti necesse reservari, quod adnotatur.

Granarium in Kamień.

Consultatio de translatione hujus granarij in alium locum, et rationem difficilis nanc ad idem Granarium (Conductionis) fumentorum, ulteriori tempori reservatur.

Canonicatus Fundi Mydlow.

Retulit Ills Canonicus Procurator, quâ Administrator hujus Fundi, nullam potuisse accipere notitiam, Utrum Antecessaneus Administrator Ills Canonicus Sobczyński non remansit post suas primò datas Regimini Politico-rationes erario Publico obligatus: adeoque expectandum esse addidit, donec idem Regimen Politicum eo intuitu Suum Capitulum interpellabit. Quod vero attinet pensiones Novellas ex eodem Fundo provenientes, etiam si apud eundem Antecessaneum Administratorem, pro anno ultimo illius administrationis nempe ad Annum praeteritum 807 retentas, hoc erroneè esse in Capitulo praetento-Junialí annotatum; cum ex regestris patet liquidè easdem pensiones ad eundem Annum 807 inclusive esse exolutas; et tantum pro praesenti Annô pro moderno Capitulo fiscali deberi ex eodem fundo tam Missalium, quam Novellarum Pensionum concurrentias. Capitulum has Concurrentias debitas vindicari, a quo nunc interest, non intermittendas, Eidem Canonico Administratori commendavit. —

Canonicatus Conionaturae Vacans.

Vacante hocce Canonicatu à satis olim Ills Canonico Sydłowski illius ultimo et immediato Possessore, cum post edictum, ex praevia Resolutione Regiae Consistorij Dicecesani ad relationem de eadem vacantia ex Suo Capitulo eidem factam; et quidem prima sub Dato Kielcijs die 25 Februarij Anno praesenti 1770. tum altera sub Dato itidem Kielcijs die 13 Aprilis Anno eodem 1794. emanata, et utraque praescriptionem ad eundem Vacantem Canonicatum pro jure Suo Capitulo servienti insinuante, pro Concursu ad tenorem Statuti Capitularis Capite XXVIII. editum, debitèque publicatum, nemo in animum accepit intrà terminum eodem edicto praefixum probare ad Officij Conionatorij idoneitatem; Stante autem moderno Capitulo Rendus Mathaeus Moszczyński ad Ecclesiam Parochialem S. Pauli in Antiqua Sandomiria Cooperator, et hujusce Vacantis Canonicatûs, cum ex alijs motivis, tum ex eo quod ipse, uti bene notus Suo Capitulo de sua habilitate per se ipsum praedicandi Verbum Dei, in Anteriori Generali Capitulo assumptus et constitutus Administrator in duxit in animum subire onus hoc Conionatorij alterius Ordinarij in hacce Ecclesia et eo fine praesentationem seu in ordine ad Institutionem Canonicam, à Suo Capitulo tam quam Jure Patronatûs et Collationis ejusdem Canonicatûs gaudente exposcat. Hinc Capitulo ex praemissis motivis, et in fundamento Resolutionum rite supra indigitatarum, dictum Andream Matthaeum Moszczyński ad praefatum Vacantem Canonicatum praesentandum duxit, Josique Literas Praesentationis cum Subscriptione Reverendissimi Praesidis Capituli exhaedendas concluxit.

Calculus Procuratorij.

Receptis Rationibus Annualis Proventûs ab Illstri Canonico Procuratore in Tabella Summaria exhibitis, Idem Ills Canonicus Procurator circa confectionem sibi gratiarum Actionis pro sua sollicitudine et labore in hoc Officio, de ijs rationibus quietatus est, et in Annum sequentem ad idem munus Procuratoris relectus est. —

Ad Libellum

Ad libellum supplicem Illustris Ignatij Klockowski Canonici Honorarij et in Communitate RR. Vicariorum hujus Ecclesiæ Collegiatæ Vice-Præpositi suo moderno Capitulo exhibitum quo mediante idem Ills Canonicus, qua Emeritus ad hanc Collegiatam, et eo magis, quod sit jam viribus corporis notabiliter attritus, defectui obnoxius, ac effectum obtinendi aliquod in tali statu gratiosum Subsidium, commendatum se haberi intendit. Capitulum habita ratione — æquè illius meritorum, quæ ab Anno 1782do circa hanc Collegiatam, ac circa Loci hujus Consistorium in omni Suo Officio laudabiliter posuit, ac etiam suæ infirmæ valetudinis à non defuturâ non tenuitatis ad providendum suæ Sanitati, in vim Subsidij Flor Pols Trecentos de Proventibus Hospitalis Sacerdotum senio confectorum Emeritorumque, quorum etiam ipse Annis 14. Præpositum agebat, quotannis computando cursum temporis a Suo moderno Capitulo, cum obligatione absolvendi Missas ex Fundatione incumbentes, ipsi consignandos determinavit et decrevit. —.

Distributiones quotidianæ, ut in Anteriori Capitulo Generali Septembrali.

Consolationes, ut in eodem Capitulo.

Elemosina PP. Reformatis et Dominicanis per fl. 36. respective

Pauperibus Mendicantibus fp. 40

Productum in Capitulo Gli. Jdali 1808vo J. Sirikiewicz Cancellario Sandomq Præs. Capituli.

Capitulum Jmanale Die 8va Mensis Octobris 808vo Aº Præsentibus, primò Perillustri Josepho Sirikiewicz Cancellario, Illustribus, Gabriele Białobrzeski Antonio Grat. kowski, tum Subsequenter post sui Installationem Matheo Moszczyński Canonicis celebratum.

Installatio Jlis Canonici Moszczyński.

Capitulum modernum primò præsens, præviâ instantiâ ac petitione ex et pro parte Illustr. Matthæi Moszczyński, Antearti Cooperatoris ad Ecclesiam Parochialem S. Pauli extra Mœnia Civitatis Sandomiriensis, nunc ex Præsentatione sui Capituli tanquam legitimi Patroni Canonicatûs utriusque Conjunctaræ in hac Collegiata, ad alterum ex ijsdem Canonicatum, nempè satis olim Jlis Stephani Szydłowski, illius ultimi & immediati Possessoris vacantem per Sedem Ordinariam Jnstituti Canonici Conjunctorij, ad se facta, ipso Decreto illius Jnstitutionis Capitulariter exhibito, sub Titulo, Sigillo, Subscriptione manu propria Illustrissimi et Reverendi Domini Josephi Adalberti de Boża Dzwola Gorski Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopi Kielcensis dto 5 8bris ac. Nro 812. ex Consistorio Kielcensi edito, illoque nulli suspicionis alicujus notæ obnoxio adinvento, dictum Jllum Canonicum Moszczyński talem ut præmissum, institutum in forma et ritu consuetis, ad effectum rerum Spiritualium in sua Ecclesia installari fecit, ab eoque, postquam installatus, ingressusque in locum Capitularem fuerit, inhærendo Suis Statutis Capitularibus, Professionem Fidei, tum Juramentum corporale super eadem fidei professione per se emissa, et super servandis Statutis Capitularibus etc. ad S. Dei Evangelium prælibatum recepit, ipsumque, pro obtinenda Sui in res temporales hujusce Canonicatum Conjunctaræ spectantes, immissione, suæ introductioni juxta ex eloquentia Decreti Jnstitutionis, conformiter se ad Supremas Politicas Ordinationes referentis, ad Inclytum Cæs. Regium Officium Circulare Loci, circa relationem ex suo Capitulo de Installatione in Spiritualia peracta, faciendam, inviavit. —.

Capitulum Septimanale Die 29 8bris 808. Præsentibus Perillustri Josepho Sirikiewicz Cancellario, Illustribus Antonio Gratkowski, Matheo Moszczyński Canonicis celebratum.

Alumnatus Clericorum.

Ad Alumnatum Clericorum in Domo Sacerdotum Emeritorum existentem, Ingenui, æquiem, Primus Antonius Wrzesniowski, tum Michael Konopkiewicz circa Attestata Scholastica de suis Studijs ac Moralitate cum beneficio Mensæ, postquam de eodem Alumnatu Venerabiles Wiśkowski et Cisiewicz ad Seminarium Kielcense remisserint, ac Matthias Krawski cum ejusdem Nominis Kozicwicz utercque simpliciter, tanquam expectantes, sunt admissi. —.

Capitulum.

Capitulum Septimanale Die 5ta Xbris 1808. Presentibus Perillustri Joseph Lisiliewicz Canellario, Illustribus Antonio Grathowski, Matheo Moszczynski Canonicis celebratum

Bifariam viante in Communitate RR. Vicariorum hujus Collegiatæ, Vie Præpositura, per renuntiationem, sive resignationem paulo ante contestatam, et per obitum 1ri Mensis currentis subsecutum olim Illustris Ignatij Klukowski Canonici ejusdem Collegiatæ Honorarij illius ultimi et immediati Possessoris; Cum, ad eandem Vicie Præposituram Illustris Andreas Theodorus Lochowski Canonicus Honorarius Collegiatæ Kilcensis et in Seminario Clericorum ad eandem Sæ Theologiæ Professor, per suam Superioritatem fuerit et sit præ destinatus, jamque huic ad attendam Communitatem condescendit. Quia tamen hæc Vicie Præpositura, non alias, nec aliter, nisi medio Institutionis Canonicæ et prævia per præfatos RR Vicariorum Communitatem, sub Præsidentia è medio sui Capituli Deputati Individui electione et Presentatione ad Officium hujus Loci Consistorialis pro eadem Institutione di rigenda, assequi et obtineri potest. Hinc ad præsidendum prærequisitæ electioni die nodum in Sessione Capitulari RR. Vicariorum celebranda, Illustris Canonicus Grathowski a Suo Capitulo est Deputatus. Qui illicò abiens et rem suam exercitus, retulit servatis servandis Sub sua Præsidentia, Supranominatum Illmi Canonicum Theodorum Lochowski, uti in adventu Suo ad hanc Communitatem summo omnium gaudio exceptum fuisse, sic unanimis voto eum Suum Vice-Præpositum per eandem Communitatem electum stetisse, et cui interest adhuc hodie in Ordine ad Institutionem fore præsentandum. Quæ relatio annotari disposita. — In cuius tenenti, cum ea, et pro parte ejusdem Illis Canonici Lochowski præsentatum fuit Privilegium sic noncupatum, vigore cujus titulo et Prærogativis Canonici Honorarij in Ecclesia Collegiata Zuliensi toties nominatus jam Illustris Theodorus Lochowski Authoritate Ordinariâ stante Administratione Episcopatûs Cracoviensis per Illmum Josephum Olechowski gesta, fuerat et est Insignitus, in quo Privilegio etiam Illmus et Reñdmus Dominus præsentaneus Loci Ordinarius Zuliensis Suam gratiosam facultatem superaddidit, quâ mediante liceret eidem Illustri Canonico Lochowski, si ita videretur suo Capitulo, etiam in hacce Collegiata gaudere et uti eodem Privilegio et prærogativis Canonicalibus. Capitulum proinde præsens adhærendo perquam libenter ejusmodi impertitæ facultati, usu Stalli et Altaris Majoris ut pote Privilegiati, ac omnibus aliis Prærogativis Canonicos Honorarios in eadem sua Collegiata respicientibus, gaudere ipsum posse et debere concorditer assensit, ac declaravit.

Capitulum Septimanale Die 19. Xbris 1808. Presentibus Perillustri Josepho Lisiliewicz Canellario, Illustribus Antonio Grathowski Matheo Moszczynski Canonicis celebratum.

Annus Gratiæ.

Raro exemplo, et eo magis mirando, quod à multis annis absens, et ob varias circumstantias et legalitates non defendens ad præsens Capitulum Illustrissimus et Reñdmus Dnus Timotheus Gorzenski Episcopus Smolenscensis, nunc Nominatus Posnaniensis hujus Ecclesiæ Primicerius, memor tamen Statuti Capitularis de Anno Gratiæ, eundem in septima jam sua ad Sedem Episcopatûs Posnaniensis, in quarta parte ex estimatis et liquidatis Primiciatûs Proventibus ad Quatuor Millia ascendentibus, alias Mille Unum fp transmitti et ad Procuratoriam Sui Capituli consignari procuravit. Quod pro memoria et exemplo Posteritati annotatur disposition. —

Donum Illmi Decani.

Mille illud fp ex anno Gratiæ ab Illmo moderno Episcopo Posnaniensi Illmus Decanus hujusce Collegiatæ, qua ab eodem Illmo Episcopo impetratus, ad Sui Capituli Procuratoriam submittendo, etiam præfatus Illmus Decanus ex sua parte, adjecit et obtulit tapetum, veterem quidem et usu attritum, satis tamen ad usum, et potissimum ad Altare majus procedendis gradibus, ad illud accommodum, ut pote longitudinis cubitos octo et supra, latitudinis cubitos quatuor et medium, habentem. Quod pariter ad gratam memoriam hujusce doni, annotatur. —

Hospitale Sacerdotum Emeritorum

Vacante regimine hujus Hospitalis post fata Illis olim Josephi Jabłonowski Canonici hujus Collegiatæ Honorarij, ejusdem Hospitalis ultimi et immediati Institutis Præpositi M. Illustris currentis defuncti, cum illico novi Præpositi Institutio subsequi non potest, hinc tantisper regimen ejusmodi Illustri Canonico Moszczyński in modum commendæ sive Administrationis præcommissum. Ad consignandum verò Procuratorium, maximè Prædiale, Illis Canonicus Grathowski cum Illustri Canonico Straszewski Vice Procuratore ad idem Prædium deputati. —

Capitulum Imanale Die 25. Februarij 1809. Praesentibus Perillustri Josepho Lisiewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Moszczyński Canonicis celebratum. —

In Loc.

Pervenit ad notitiam Sui Capituli, qualiter Communitas RR. Vicariorum, sive quosdam ejusdem Speciales Individua, ac ex motivo commiserationis eo in casu, quod Gri Czerwinscy Conjuges ad unum domo, quam in presenti in fundo Ecclesiastico inhabitabant, a Magistratu Civitatensi, urgentibus circumstantijs militaribus, sint adacti; eosdem Gros Czerwińskich cum liberis et familiaribus domestica, intra se, idque in Superiori parte Domus suae Communalis, in qua ipsemet permajorem partem habitant, pro locatione admittere velint et presumant. Capitulum habita hac notitia admirari satis non potest, tantam ejusdem Communitatis, sive aliquorum hujusmodi Individuorum eo in intento praesumptionem; praevidendoque ex inde adversas quasque graves promanaturas consequentias; eidem Communitati, et potissimum DD. Officialibus Vice Praepositi et Vice Decano dictae Communitatis, qui vel maximè ipsi ad impedendam hanc eorum venientissimam admissionem sunt adstricti, sub corundem DD. Officialium in casu contraventionis, responsione, eandem admissionem praefatorum Generosorum Czerwińskich in Domum suam, et ita: ut est supra praemissum: concedi et ad effectum deduci omnino inhibet. Et in continenti. Qua authoritate? et quo fundamento? Reverendus Joannes Cybulski, qui eidem, tam ex ordinatione Reverendissimi Praesidis sui Instituti, quam ex dispositione Reverendi Cancellarij hujus Loci Officialis, et simul Suae Communitatis Commissarij alio, seu Famosciam esse rese de hac Communitate debuerat? ad hoc usque tempus in hoc Collegio subsistat et permaneat. Quatenus Illi Canonicus Vice Praepositus hujusce Communitatis profutura immediata Sessione Capitulari Septimanali Suum Capitulum edoceat, eidem Illustri Canonico Vice Praeposito injungatur praesenti Capitulari conclusione, quae absque mora ex Actis extrahenda, et praefato Illustri Canonico Vice Praeposito intimanda, absente RR. Secretario ob suam infirmitatem, Illustri Canonico Gratkowski, tanquam vacantis Canonici Praebendis nati Sui Capituli Secretarij, vices supplenti, praecommittitur.

Capitulum Imanale Die 4. Martij 1809. Praesentibus Perillustri Josepho Lisiewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Moszczyński Canonicis celebratum.

In Loc.

Ad emanatam ex Anteriori immediato Capitulo Imanali ad Communitatem RR. Vicariorum occasionem: quod eadem Communitas, licet quidem in casu extraordinario et urgentissimo, non tamen omnino ita stringente, ut Gros Czerwińskich Conjuges cum Liberis et familia Domestica, plerumque ex foeminis complexa, intra se suamque domum Communem potissimum in superiore parte ejusdem Domus pro locatione bene et convenienter admittendos praesumere potuerit, Inhibitionem, cum injuncta in continenti quaestione, intuitu Rendi Cybulskij: prout in eadem inhibitione his in Actis contenta est videre; Illustri Canonico Vice-Praeposito intimatam; porrecta est sub nomine relationis scriptio adhuc Suum presens Septimanale Capitulum per dictum Illm Canonicum Vice-Praepositum conscita et subscripta. —. Qua lecta et intimata, cum eam appareat minus aequitati consonam, maximè verò eo in puncto, ac si Suum Capitulum nullum jus habeat ad Regimen suae Communitatis; et ex ea de facto opinione, contraventum est etiam Inhibitioni Sui Capituli; contra quam Gri Czerwińscy in parte superiore Domus ad Liberis et pedisequis admissi, et collocati dignoscuntur: Capitulum licet quidem ejusmodi Scriptione et contraventione suae Inhibitioni non modicè laesum, possit pro Jure suo hoc in casu ulteriùs providere; Habita tamen ratione ~~superiori vero~~ adventus Illustris Canonici Vice-Praepositi ad hanc RR. Vicariorum regendam Communitatem, quae breve hoc tempore, neque à Subalternis suis Individuis, ut plè omnibus ferme rebellibus potuerat devenire in Notitiam. Quod jus in praefatam Communitatem Suo Capitulo? Quod Rendmo Praesidi Sui Instituti? et quod Vice Praeposito hic loci competat? Suspendendo ab omnibus caeteris Juribus, quaedam duntaxat; Et signanter Submissionem primitivorum RR. Vicariorum circa Introductionem Sui ad hanc Communitatem suae Capitulo datam; tam Articulum de serie Articulorum in Ordine ad innovandam Erectionem ejusdem Communitatis ad Rendmum Judicium Consistoriale Vilnense pro ctorum sub Nro Imo positum. Statutum Capite II. de Jure Parochiali, ac

ordinem

Decretum Generalis Capituli sub Titulo Subjectio Vicariorum = ex Actis et Statutis suis Capitularibus Authoritate Sedis Ordinariæ approbatis, cõ notitiæ sine extradenda, et dicto Illustri Canonico Vice Præposito, sicuti Communitati communicanda, ac una cum præsenti (sua conclusione) inserenda, pro interim annuit.

Capitulum Imanale Die 11. Martij 1809. Præsentibus, Perillustri Josepho Lisiliewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Biatobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Mosczynski Canonicis, celebratum. —

Nefanda in Ecclesia Violentia.

Septima die Mensis hujus, tempore, quo in Choro decantabatur Officium Matutinum, et prima Missa sub Cruce, tum altera ad Altare B.V.M.æ per Adm Rendum Capellanum Militarem celebrabantur, maximus strepitus et clamor excitatus totam replevit Ecclesiam, adeo: ut tam decantantes Matutinum Presbyteri, quam celebrantes Missæ Sacrificia, singuli omnes rapti fuerint in summam perturbationem, terrorem, et demum in vehementissimam iram et furorem; cum compertum extitit, hisce causam dedisse Villanos de Swiatnili, qui suos de eadem Villa profugos subdui ab apprehensione sui ad Militiam contendentes, et Choro Ecclesiæ Musicali absconditos, persequendo, aggressi, et cum omni extrema violentia tanti (ut promissum) strepitus, clamorum, et perturbationis causatricem animum adhibuerunt, usque ad accursum et pervasionem Illustris Canonici Gratkowski, pro tunc ex Officio suo Confessionale occupantis ab ejusmodi nefando attentato pro interim desiterunt, quousque devotio peracta non fuerit. Capitulum nefas tantum non posse manere impunitum censuit, negotiumque hoc totum medio Protocolli, idque in ipsa Villa Swiatnili, ad effectum Inquisitionis, Qui Villani? a Quo? Quali cum fuerint ausu hue ad captivandos suos profugos submissi fuerant? et demum Sententiæ in reos adinvenitos pro ratione culpæ ferendæ, assumendi, Illustri Canonico Gratkowski cum Assistentia et adminiculo Illustris Canonici Vice-Procuratoris expediendum terminandumque præcommisit. —

Capitulum Imanale Die 22. Aprilis 1809. Præsentibus Perillustri Josepho Lisiliewicz Cancellario. Illustribus Gabriele Biatobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Mosczynski Canonicis, celebratum.

Alumnatus Clericorum.

In locum Michaelis Zonerykiewicz cum beneficio Mensæ in Hospitali Emeritorum Sacerdotum, Alumni Clerici die 29 immediate elapsi Mensis in domo suorum Parentum defuncti, prout id Literis missivis ab ijsdem Parentibus Capitulariter est deductum, Clericus Mathias Lawadzki tanquam primus expectans ex ordine est promotus et constitutus. —

Capitulum Imanale Die 22. Aprilis 1809 A.o Præsentibus Perillustri Josepho Lisiliewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Biatobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Mosczynski Canonicis celebratum.

Alumnatus Clericorum.

Ad Alumnatum eundem Ingenuus Antonius Lapczynski Quartæ Classis in Gymnasio Sandomiriensi Studiosus per Literas testimoniales Mgri Directoris ejusdem Gymnasij, tam de profectu in Studijs, quam de Moralitate optime commendatus, in Expectantem est admissus. —

Capitulum Generale Die Tertiâ Junij 1809 Ao Præsentibus Perillustri ac Reverendmo Josepho Lisiniewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Moszyński Canonicis inchoatum, Ac, quia Cadentia ejusdem nuperni Capituli in tantam inedit tempestatem, ex ratione orti et Insepitantis tumultus bellici, ut hac ipsa Civitate, post suu primo ab Exercitu Polono Expugnationem de Ducatu Varsoviensi adventante in Munitione Transvistulana, Expugnationem, dein integra medio Capitulationis interupta, ad præsens vero ab Exercitu Cesareo de Ducatu Varsoviensi retro se integro habente ac accurente, continua in dies aggressione infestata, Sessiones Capitulares pacifice prosequi, et Consultationes recte obiri nequeant. Hinc non modo DD. Capitulares absentes, quibus, non jam debuis remotioribus, sed ne quidem de vicinioribus cuiquam possibile fuit, divit condescendere ad idem Capitulum, aut sese aliquomodo excusare, pro excusatis sunt admissi; verum etiam ex eadem ipsa ratione continua fragoris tormentorum bellicorum, exindeque metus et conturbationis Animorum, Capitulum idem Generale initacta omnia negotia relinquendo, pruter quod attinet Cultum Divinum ex consensu et unanimi Conclusione DD. Præsentium Capitularium ad pacatiora tempora, sive ad ipsum met futurum Generale Septembrale Capitulum est limitatum. ——

Cultus Divinus.

In objecto Cultus Divini nihil tam obvium tamque Urgens dignoscitur quam ut Debiberentur Media contra modernum Vicæ Præpositum Communitatis RR. Vicariorum, occasione Cujus, ut pote negligentissimu in suo Officio, inest mus divordo, rerum confusio, et prout melius de suis qualitatibus suo Capitulo perspecti, Maximus divordo, rerum Confusio, defectus, tam intra Communitatem, ac vigilanter in Ecclesia quotidie, et magis, ac magis practicantur. Quapropter huic malis quantocyus, et quam efficacissime suum Capitulo Præpositus ad suum immediatum Superiorem, ut pote remotius manentem nullatenus deferri valeat periculum autem moram non patitur, maxime in ea ne imminente venditione Decimarum ad suam Communitatem spectantium, in eandem venditionem cu periculo damni, quod ab eadem Communitate præviderentur ac timetur, Se ipse Solus, tanquam omnia temporalia sua Oeconomica subjiciens, ingerat, tantisper ad Illustrissimum Loci Ordinarium et inde, potissimum recurrendum, Utrum Commissarius Capitularis, qui ad præsens datus est huic Communitati Reverendissimus suus Cancellarius, et sic Commissario vigore Statuti Capitularis per Sedem Ordinariam approbati, competit jus Correptionis et Censurarum ferendarum in delinquentes in eadem Communitate, eidem jure respectu hujus Vice-Præpositi delinquentis, et tam Authoritatem Sui Capituli, quam suam Jurisdictionem Commissorialem penitus contemnentis, bene an possit? concluſum. ——

Capitulum Septimanale Die 8. Julij 1809. Ao Præsentibus Perillustri Josepho Lisiniewicz Cancellario, Illustribus Gabriele Białobrzeski, Antonio Gratkowski, Matheo Moszyński Canonicis celebratum. ——

Communitas Vicariorum.

Illata est in modernam Sessionem Capitularem Querela a Communitate RR. Vicariorum, cum subscriptione in ea quinque Individuorum de maximo divordine in eadem Communitate, tum quod spectat regimen internum, quam externum, Desideratumque per eadem Individua ut quam primum fieri possit, Perillus Reverendmus suus Commissarius, ad eandem suam Communitatem condescendere dignetur, et capitulariter sub sui Præsidentia Electio Procuratoris

subsequatur

subsequatur, et quæ necessaria ad bonum regimen inveniantur. Quorum hæc ad Manus Perillustris Commissarij resignata, et ut desiderata in eadem contenta, quo primum tempore fieri possit, ad effectum deducantur, Eidem Perillustri Commissario recommendatum.

Capitulum Septimanale Die 15 Julij 1809. ann. Præsentibus Perillustri Rendmo Josepho Lisiekiewicz Canellario Illustribus, Fabriele Białobrzeski, Antonio Grabkowski, Matheo Moszczyński Canonicis, celebratum. ——— .

Cantus Psalterij.

Constitit seu Capitulo, qualiter decantatio Psalterij in hac Ecclesia vergat in defectionem, cum post fata olim Rndi Stanislai Nagrodowski in Domo Emeritorum Sacerdotum Alumni, qui ex conventione cum Illustri Canonico Białobrzeski, qua Communitatis Psalterialis Commissario . . . . ipsemet solus hanc obligationem adimpleret, Clerica dein ad idem Psalterium decantandum per dictum Illustrem Canonicum Commissarium conducebantur, nunc autem idem Clerici — ut pote imminente Vacationum tempore, pro eisdem Vacationibus, seu alias pro Defunctis exequiandis absessuri continuatim hanc decantationem non prosequi, Suum Capitulum mirum habens, quod R. Isdorkiewicz, Unicum adhuc in fundatione Psalteriali, ~~obligationem~~ Superstes individuum, cum alias Obligationes pro reliquis vacantibus in se et in suam curam susceperit adimplendas, hanc solam Obligationem decantandi Psalterij . . . declinans, neque toto hanc obligationem, vel negligendam, vel per alienam curam adimplendam reliquit. Hinc Eidem R. Isdorkiewicz ad Suam præsentem Sessionem invitato, et personaliter constituto. Quatenus ipse nefas omnino ad se, suamque curam pertinere, hanc Obligationem non intermitti, et tum per se, quoties ipsum respiciat terminus, tum per alios conducendos, præcustodita ipsis et sibi ipsis seriosius eo intuitu de Proventibus Psalterialibus, compensatione, adimpleri, procurandam maxime inculcavit. ——— .

Capitulum Generale die 9. Junij 1809. Annô. Præsentibus, Perillustri Rendmo Dño Josepho Lisiekiewicz Canellario, Illustribus, Fabriele Białobrzeski, Antonio Grabkowski, Matheo Moszczyński Canonicis, Celebratum.

Excusatio Absentium.

Stantibus etiam sub Cadentiam moderni Capituli Generalis non absimilibus circumstantijs, nisi quod Strepitus et fragor bellicorum tormentorum, prout ante, non audiatur, Est tamen ob consistentiam ad præsens hanc in Civitate Exercitûs Exotici, nempe Moscovitici, tum ob diffusionem Exercitus Polonici per omnem dictam antehac Stante Regimine Cæsareo Germanico, Gallicum Occidentalem, ubique Angustias et Angarias practicari et indubium, Provides Nemo eorum Suam debito modo excusat absentiam, pro impeditis, adhuc et excusatis sunt declarati.

Cultus Divinus.

Quoniam R. Zochowski Vice-Præpositus per Decretum Consistorij Kulmensis sub Officio Vice Præpositure privatus, et a Communitate R.R. Decanorum amotus, hinc necesse requiritur ad Rendmum Præsidem pro alio Vice Præposito, necnon pro complenda hac Communitate, alijs Individuis saltim tribus, et adminimum binis, concursum. ——— .

Restans Lamina.

Nulla habita notitia de Lamina, utrum jam in toto, vel in aliqua parte ex fragmentis Judæo Incolæ Zabłudowiensi extraditis, sit confecta vel ne Proinde, ut de hac constare possit suo Capitulo, Procuratorie recommendatum. ———

Summa 20m

Summa 20m=fp. in Generalitate Judæorum

Negotium Summæ istius, his stantibus circumstantijs, ulteriori tempori relin-
quitur, quod adnotatur. —

Administratio Canonicatûs Fundi Mydłow.

Retulit Jllus Canonicus Procurator, qua Antecessus Administrator hujus Fundi, nil
sibi constare, utrum Decima huic fundum spectans sit et fuit divendita. Quod-
verò ad Obligationes, has perrigendi non suffecisse sibi tempus, ob Revolutionem
recentem, quod adnotatur.

Calculatores.

Ad excipiendas rationes, tam Peractarum quam Expecusarum impetrati sunt —
Jllustres Canonici Grathowski et Mszczonowski.

Debitum apud Jagniatkowski.

Vindicatio hujus debiti ulteriori tempori reservatur.

Granarium Muratuni.

Reparatio hujus Granarij nondum effectuata, quinimo major desolatio occasio-
ne belli acinventur. Quod Granarium adhuc in Martio per Exercitum C.
Austriacum occupatum, nullum emolumentum usquè modo fuit. Conductores —
Camerarium hujus Granarij, uti Mssi Podowski et Krakowski compartum-
præstium pro toto Anno persolverunt, Reliqui verò, uti Jllus Comes Sedo-
chowski ex Quatuor Cameris, Jllus Canonicus Kochanski ex una, D. Cyprysin
ski ex una, Quinque et ultra Mensibus possidentes has Cameras nihil
quidquam solverunt. Idcircoque recommendatur Jllustri Procuratori moderno,
ut, à quolibet respective, juxta Conventionem cum Jisdem factam, debita,
quantum pro ratha temporis visum fuerit, curet vindicanda.

Summæ Capitales in Prepiorów et Szumsko.

Ex ratione modernarum circumstantiarum, in quibus omnia sunt in confusione
Procuratoria in negotijs harum Summarum, eo magis, quod Mssi us Walter
imploratus ad negotia sui Capituli rationes in Judicijs promovenda vitæ
ipsi, nil tentare potuit, proinde pro presenti relinquendo hoc negotium
ulteriori tempori, ut sal tem notitia haberi possit in cujus Possessione
sint bona Nudzinedz et Szumsko, cura Procuratoria recommendatur.

Conventus ex Scholasteria.

Quod non factum, fiat. —

Summa 6m=fp. in Ossolin.

Negotium hujus Summæ ulteriori tempori relinquitur.

Calculatio incumbens K. Zagrodzki.

Quod non factum fiat, idque pro futuro Annô —

Ædificia in Skalina.

Occasione belli ulterior ædificatio Holodiorionum non est effectuata, mate-
rialia tamen in majori parte sunt comparata. Brazatorium urgenti indi-
gens reparatione reparetur. Quod curæ Jllus Canonici Straż Communitatis
R.R. Mansionum Procuratori recommendatur. —

Granarium in Kamieñ.

Decretum Anterius respectu hujus Granarij in suo robore conservatur.

Canonicatus Fundi Mydłow.

Relatum est à sua Procuratoria, occasione belli ex eodem fundo nullas potuisse
repetere.

repetere Conservantias, neque spes effulget illas vindicandi pro prutendo tempore mutato pro nunc Regimine; Quarum Conservantiarum, tam de hoc, quam de aliis simili vindicatio, postquam novum Regimen in Regno stabilitum fuerit, Eidem Procuratori commendata.

Hospitale Sacerdotum Emeritorum.

Illustris Canonicus Mozzerynski hujus Hospitalis constitutus Administrator, produxit Rationes ex sua Administratione a die 20 Aprilis 1808. anni elapsi inchoatas et pro Octava diei Mensis currentis terminatas, Et quibus Rationibus Capitulariter lectis et trutinatis, patuit, Percepta parata Pecunia ex Procuratoria in fp. 2008. nullam autem ex Praedio, tam ob directionem stante ad huc vita Illo olim Jobkiewicz immediati Prepositi hujus loci, frumentorum, et aliarum rerum ad Rem Oeconomicam spectantium, tam ob interceptionem per Milites Cesareos etiam frumentorum, signanter in Tritico, cujus post Expensam duorum Corectorum pro Usu Alumnorum Hospitalis ad huc superant Corecti decem, Expensa vero tam pro coemptione Victualium, etiam praeter alia frumentorum Rti Siliginis pro sustentatione Alumnorum, Hordei, quia horum nihil in Praedio adinvenit, Pulmenti parati varij generis caro pretio his temporibus pro stantium in fl. Pold. 3333. grossis 23. Nec non recorsive pro conseminatione vernali frumento comendo in flor Pold 905. Adeoque junctim eamdem Expensam totalem in fp. 4238. gr 23. enatam, Quam Expensam, siquidem superant illa Percepta in fp. 2230 gr 23.— Proinde Quotam hanc resultantem debere liquide Illustri Canonico Capitulum adinvenit, et refundendam de Massa Ejusdem Hospitalis ordinavit. Jam autem, quia in eamdem Expensam intravit merces deserviti olim Immediatum Prepositum spectans in fp. 140. Quotam eamdem ex derelictis Pecoribus post eundem Prepositum in Praedio adhuc manentibus repetendam suae Procuratoriae precommisit.—

Nefanda in Ecclesia Violentia

Executio hujus Decreti ulteriori tempori relinquitur.

Plebanatus in Samborzec.

Quod in praeterito Capitulo Generali Junii circa expirium Contractus Tenutae Proventuum Plebanatûs Samborcensis ob angustiam temporis oraliter tamen Rendmo Cancellario Plebanatus ejusdem Tenutario contestatum, sed in Actis tamen non extitit annotatum; Id nunc supplendo declarat Capitulum Proventum hujusce Plebanatûs, uti ante hac in Triennalem tunc tam a Die S. Joannis Baptistae Anni presenc curvendam, et pro eadem quantitate pretij at ante fuisset, esse dimissum, Salva Revisione Status et Inventarij tempore opportuno effectuanda, ad quam peragendam Illustres Canonici Grabowski et Moszczenski, vel hoc impedito, cum adminiculo Provratoriae, sunt destinati.—

Communitas Vicariorum

Occasione exhibiti Capitulariter Decreti ex Rndmo Consistorio Generali Dioecesano sub Dato Kielcijs die 19. Augusti A.C. ad Num. 544. emanati, quo mediante, post amotionem A.R. Theodori Lechowski a munere Vice-Praepositurae hujus Collegiatae A.R. Michael Tarapacinski Vice-Decanus ejusdem Ecclesiae Collegiatae Interimalis Vice-Praepositus est constitutus: dominus submissum fuerit Capitulum eo intuitu ex Sua etiam parte literas ad Eundem Rendmum Praesidem, tam, cum Allegatorie Rationum, ob quas A.R. Lechowski de suis deviationibus ad Ipsum tanquam ad primam Instantiam deferri non potuit; si quo loco necesse erit copiam Decreti sui Capitulij, in Anteriori suo Capitulo Junij lati annectere; ac cum requisitione pro Novo Individuo ad munus Vice-Praepositurae

hic loci

destinando vero
huc loci, prout post melius visum fuerit, loco eidem opportuno, nec non prolatis Individuis tribus aut saltim binis, sat jam superius de eodem est mentionatum. Ad augendum interim majorem, quam nunc est Numerum Communitatis RR. Vidriorum, submittendis, dirigendas censuit et concluxit.

Cantus Psalteij.

Decretum Antecessoris Capituli in suo robore conservatur.

Contributiones.

Si quidem Contributiones omnes cujuscunque Status ex hoc Anno nondum ad Cassam Aerarij Publici sunt persolutae imo his stantibus acceperunt novae Sigerunek dictae per Modernum Regimen Politicum instrumentis et alijs naturalibus fructibus, et parato Pecunio, tum pro Equis ad Militiam coemendis, idque omnino in Auro imposita, Quae omnes Summam 20,000 fp. constituunt, Jam vero in Provisoria post receptum ab eadem Calculum Perceptarum et Expensarum Proventus Annualis non adinveniatur nisi remanens Quota 2400 fp. gr 4 p, hinc autem Pacificatio earundem Contributionum alterius differi nequit, et omninò ad extandum Rigorem Regiminis majoraque damna exequenda venit. Capitulum Modernum Generale in tanta gravi et ferme extrema necessitate, cum nullum alium habeat modum Cassae Contributiones exolvendi, traxit se ad Suum Depositum, Equas arca urgentem ad hoc Requisitionem pro Exolutione Censuum retentorum et Provenientiarum pro Decimis in Bonis Zaurda, Okragla et Piwy ex Anno presenti per Contrahentes nondum persolutarum. Quantum opus fuerit levandum Provisorie indulsit. Et in continenti. — Urgenti simili necessitate, et similibus circumstantijs tam Ecclesiae S. Pauli: eo magis quod et ipsamet Ecclesia, tempore Aggressionis et Oppugnationis per Militem Austriacum circa circum in Muro, Campanili, potissimum verò in tectis, fenestrisque magnam subiit ruinam, Et praeterea Domus ad eandem Ecclesiam Oeconomica, cum omnibus Stabulis, Granario et Pecuarijs ex consimili gratia insuper bina juga Borum in rem et Usum Militis Austriaci, postquam hic praevia Capitulatione cum Exercitu Polonico hac loco abscedente hanc Civitatem intraverit, pariter quantum necessitas postulaverit, de Deposito ejusdem Ecclesiae in Aerario Sui Capituli habente pro pacificandis Contributionibus, maxime quod spectat Equos deprom endum. Nec non etiam in jisdem Urgentijs Communitatibus RR. Mansionariorum et Psalteristarum quantum opus fuerit pro Contributione Equos praecipue spectante de respectivis Depositis earundem Communitatum extradendum. Idem Capitulum concluxit. —

Canonicatus Conionaturae Vacans.

Vacante Canonicatu Conionaturae Secundae post Assecutionem Beneficij Curati in Hybice per: Illm Matheum Moszczenski Canonicatûs ejusdem immediatum Possessorem Capitulum praesens in haerendo Statuto Capitulari in tali Occurrentia Edictum Publicum pro Concursu ad eundem Vacantem Canonicatum extradendum decrevit. —

Hospitale Sacerdotum.

Quia Illus Canonicus Moszczenski hactenùs Hospitalis hujus Administrator transfert Se ad Suum Beneficium in Chybice, Hinc Capitulum Hospitale idem, tam quod spectat regimen internum, quam externum circa Conscriptionem Inventarij aequè Domûs hujus Hospitalis ac ejusdem Praedij Illustri Canonico Procuratori tantisper ad futuram Praepositi Institutionem, in Administrationem praecommisit. —.

Calculus.

Calculus Procuratoriae

Receptis Rationibus Annualis Proventûs ab Illustri Canonico Procuratore in Tabella Summaria per Illustres Canonicos deputatos Calculatores exhibita Idem Illustris Canonicus Procurator circa contestatam Sibi gratiarum Actionem pro sua sedulitate in hoc Officio, de eisdem Rationibus quietatus est, et in Annum sequentem circa idem Officium conservatus est. —

Conuentiae post Defunctos Capitulares.

Dispositio Conuentiarum Defunctos Capitulares, ut potè Illustres Canonicos, Sobczyński, Wrzosek, Paluński, Bonieski, Szydłowski, tam Illmarum Archidiaconum Lenczowski respicientes, in Procuratoria haerentes, Capitulo Septimanali exequenda relinquitur. —

Alumnatûs Clericorum.

Ad Alumnatum Clericorum in Domo Sacerdotum Emeritorum in locum Vv. Majewski et Walerowicz Felix Czaykowski et Michael Kacpiński Gymnasij Sandomiriensis Studiosi circa Testimonia reportiva Muneris Pro-Rectoris de profectu in Studijs et Moralitate, sunt admissi. —

Consolationes in Aureis Sex aut Ante.

Elemosina.

Ut Ante. Et praeterea Patribus Reformatis, habita ratione, quod de proventis ex Plebanatu Samborzewski Annuatim Sibi dari solitis pro Suis Obsequiis eidem Ecclesiae pro Anno praesenti nihil percepernat; Et Eorum indigentiae occasione combustionis, ex Conflagratione Ecclesiae et Conventus Posorum bello causa, fl. 200. consignandos Capitulum disposuit. —

Productum in Capitulo Generali Septembrali 1809no

J. Lesiński L. S. Pro.

Capitulum. Septimanale Die 4ª 9bris 1809 Aº. Presentibus Perillustr
Rumo Josepho Lisikiewicz Cancellario Illustribus Gabriele Białobrzeski
Antonio Gratkowski Canonicis celebratum.

Delegatio ad Illmum Excellentissimum, Pastorem Diocesanum Se-
Excellentissimum Adalbertum de Borowy Gurski Ejusdem Cathedralem Kielcensem
occasione consecrationis Ejusdem felicissime secutæ

Summi Voti erat hujus Capituli; ad primam acceptam notitiam, de secu-
ta tandem, diu cum tædio, et vehementissimo desiderio Totius Diocesis
exspectata Consecratione Illmi Excellentissimi Sui Pastoris /: quam ut con-
stat aliena iniquitas præpidiri retardariq causarat :/ medio cui pari modo
et studio prout antehac /: cum Idem Illmus Excellentissimus Suus Pastor Ca-
nonicè et legitimè introductus Sedem Suam Episcopalem noviter fundatam
Kielcen ascenderat Suamq Jurisdictionem Eppalem fundandi, Capitulum
idem duxit, et delegare fecit, ad contestandam Nomine totius Sui Capituli ad
Tronum Ejusdem Illmi Excellentissimi Pastoris Consecrati, summam exul-
tationem, debitaq Officia et obsequia, in ipso Actu celebri Ingressus Pontificalis
in Suam Cathedralem Ecclesiam, qui pro die crastina innotuit esse determi
natus, prestanda exhibendaq = Ast cum ob brevitatem temporis a primo
accepto de premissis notitiæ intermedij Delegatio hæc, pro die crastina inex
quibilis liquido apparet, nullatenus tamen intermittenda est decisa — Huic fini
Perillus Josephus Popiel Cathedralis Lucovien et Illustris Antonius Gratko
wski Sui Canonici, ad eandem Delegationem subeundam exequendamque
sunt invitati = Qui Sui Delegati, quam primum presentem decisionem Capitu
larem de Suis Actis extractam, et per Rumum Presidem subscriptam, et Sigil
lo Capitulari munitam ad manus suas acceperint, confestim omni mora post
habita curabunt Sedem Illmi Ejusdem Excellentissimi Pastoris accedere, et si-
stentes in Illius conspectu, cum veneratione profunda, facta premissis excusa
tione de casi proposterò Suo Adventu, qui potius debuisset pro tempore Solem
